





ALBERTI
MOMUS
30










LEONIS. BAPTISTAE ALBERTI. FLORENTINI MOMVS





MOTV. PROPRIO. LEONIS. X.

PONT. OPT. MAX.

CAVTVM. EST

NE. QVIS. IN. SEPTENNIVM

ID. OPVS. IMPRIMAT

NEC. EXCVSVM. TEMERE

VENVNDARE

AVDEAT

IACOBVS . MAZOCHIVS PETRO . ACCOLTO CARD . ANCONITANO S . P . D


IV mecum cogitaui, quod nã tibi argu/mentũ meæ in te obseruãtiæ possem exhibere/nam quũ iam multos ab hinc annos tete mihi tam familiariter utendum pra stiteris/q̃ cui familiarissime/admiratiõe quadam tuarũ uirtutũ ductus semp percupiui apud oẽs testatũ relinquere te aut neminem/aut per paucos habere/qui tui nois me eẽnt aut studiosiores/aut amantiores. Profecto quum pro tua singulari humãitate me unũ ex intimis tuis esse uolueris/ perspexerimq; tuã in bonos mansuetudinẽ/ in malos seueritatem incorruptũ ab omni auaritia/atq; uoluptate ingeniũ/quotidiãnũ in re lĩaria laborem/disciplinarũ oium cognitiõnẽ/ in prouidendo cõsilium/in decernẽdo iudiciũ/ quibus rebus fiebat ut te nõ solũ iis:quos uidemus/sed iis etiã qui supioribus sæculis uixerũt:proculdubio cõpararemus. aut malignus / aut rudis tuarum laudũ æstimator uideri potuissem nisi ex mea officina uolumen aliquod tibi dicatũ in publicũ prodiret. qd' indiciũ apud oẽs futurũ esset/quãti ego te/singularesq; uirtutes tuas faciã. Scio tamen te tam remotũ esse tum natura/tum etiã multo magis ratiõe/et doctrina ab inani laude/& sermonibus uulgi:q̃ qui remotissimus inueniret. Proinde has librorũ dicatiões/quas nõnulli magnifaciũt/tanti facere/q̃ sus amaracũ. Et enim te frequẽtibus sermonibus usurpare audiui eam uerã/ ac solidam haberi gloriã. quæ ex cõtinentia/animi magnitudine: uirtutũ præstantia: uitæ sanctitate proficiscit̃ qd' hæc nõ summo solo adhærens/sed altis radicibus inixa cõtra omnẽ & temporum/& hominũ iniuriã in ipsam æternitatẽ deueniat. licet aũt

ita sentias/et meũ hoc munusculũ sit leue apud te pondus ha/
biturũ. Tamen duxi mihi hac in re cõsiderandũ nõ tantũ quid
tibi in hoc genere gratũ eẽt futurũ/q̃ quid alii de meo in te aĩo
eẽnt iudicaturi. Nã iure optio ingrati animi existimarer apud
eos/q necessitudinẽ nr̃am/ et tua in me officia cumulatissima
nouerũt /nisi et aliquod manifestissimũ meæ in te reuerentiæ
argumẽtum extaret. Quod aũt exp̃ssius quod locupletius pos
set exhiberi multa mecũ/et uaria cogitans nõ reperi/q̃ ut in ho
minũ manus uolumẽ aliq̃d nomẽ tuũ præseferens p̃manaret
q̃d studiis tuis/et grauitate nõ indignũ/et a mea in te beneuo/
lẽtia nõ alienũ iudicaret. Igit̃ quũ in lucẽ eẽm daturus Momũ
Leõis Baptistæ uiri ingeniosissimi/atq; eruditissimi/opus abs
te summopere laudatũ uidebã hunc cũ suo q̃dem noĩe studio/
sis oĩbus fore gratissimũ/tum adhuc longe gratiorẽ si alicuius
præcellentis uiri autoritate quasi instructus in publicũ prodi/
ret. Hoc aũt facile erat assecuturus/si liber tibi dicatus inuulga
retur. Qua p̃p̃ Momus hic nr̃ tandẽ relictis tenebris tui noĩs
autoritate inisus in lucẽ exeat / et inter doctorũ manus libere
uerset. Est profecto hoc opus cũ plenum præceptorũ ad bene/
beateq; uiuendũ:tum oẽs humanæ uitæ rationem quasi in cla
ro speculo uidetur repræsentare. Accedit quod omnia tot sali/
bus: tot dicteriis sunt aspersa/ut nihil urbanius hac ætate fuis/
se compositũ cõtenderim. Videtur uoluisse noster hic scriptor
priscũ illum philosophandi ritũ reuo casse/ut per fabulas/et io
cos ueritas:quæ per se interdũ insuauis:et amara est in aĩos ho
minũ facilius illaberet̃. Mitto quot grauissimas s̃nias/quot acu
tissima dicta / quot ingeniosissimas fabellas / quot pulcherri
mos e media p̃hia locos inserat. Quid q̃d tanto oĩbus in re
bus temperamento utitur/ut in seriis non sit morosus:in iocis
nõ p̃fusus/in dicteriis nõ nimius/in fabulis nõ fastidiosus / in
præceptis nõ ineptus. Quo fit ut nõ desperẽ lectorẽ rerũ uarie
tate posse oblectari,uoluptate retineri/ saluberrimis documẽ
tis iuuari. Sed iam Momum ipsum aggredere licet elegantia
rum oĩum inuidũ:et osorem:in hac tamen parte Veneres oẽs
præseferentem. Vale.

LEONIS. BAPTISTAE ALBERTI: FLORENTINI MOMVS



RINCIPEM, opificemq; rerum optimum, & maximum Deum, cum pleraq; omnia admiratione dignissima, ita distribuisset rebus a se procreatis, ut singulis nota aliqua præstantissimarum, diuinarumq; laudum obueniret, illud pſertim sibi seruasse palam, & inpromptu est, ut uoluerit unicus admodum, solusq; plena, & integra esse diuinitate accumulatissimus. Nam cum uim astris, nitorem cælo, orbi terrarum pulchritudinem, rationem uero, atq; immortalitatem animis & huiusmodi mirifica omnia rebus singulis quasi uiritim impertiens, adegisset, uoluit ipse esse unus tota, & integra confertus counitusq; uirtute, cui penitus parē non inuenias. Quæ res quidem omnium esse prima in diuinitate, ni fallimur, censenda est, ut sit unice unus, unice solus. Hinc fit ut rara omnia, quæ a cæterorum similitudine segregentur, quasi diuina esse uetere hominum opinione existimentur. Namq; & monstra, portenta, ostentaue, & huiusmo/

di, q rara euenerint, deorum religioni apud ueteres ad/ iudicabãtur. Tum & Natura rerum maxima, & inuisa quæq ita cum raritate coniunxisse a/ ueteri hominum memoria in hanc usq diem obseruatum est/ ut eligans grandeq nihil effingere, nisi id quoq sit rarum, nouis se uideatur. Hinc fortassis illud est, q si quos præstare ingenio, & præ cæteris eo a multitudine deflectere ani maduertimus: ut sint illi quidem suo in laudis gratiæ sin gulares, ac perinde rari, hos diuinos nuncupemus, pro ximeq ad deos admiratione, & honoribus prosequa/ mur natura edocti. Qua nimirum intelligimus, rara eo sapere omnia diuinitatem, quo illuc tendant, ut uni ca, atq egregia sola, a cæterorumq cætu, & numero se gregata habeantur. Possem & multa repetere nullã ob gratiam habita in precio, nisi q unica sint, quod ut cæ tera omittam, q̃ multa sint apud ueteres scriptores quæ probentur si esse uulgata & trita uideantur, aut quid erit illud, quod non maxima cum uoluptate, admira/ tioneq legatur, si erit eiusmodi ut a cæteris non dico neglectum & explosum, Sed parum præuisum, parũ q perceptum intelligatur, ut scriptoris officium depu tem, nihil sibi ad scribẽdum desumere, quod ipsum nõ sit iis, qui legerint, incognitũ, atq incogitatum. Quæ cum ita sit, non me tamen fugit, q̃ difficillimum, ac p pe impossibile sit aliquid adducere in medium, q ipm non a plerisq ex tam infinito scriptorum numero tra/ ctatum, depræhensumq extiterit: Vetus puerbium: Nihil dictum prius quin dictũ. Quare sic statuo fore:

ut ex raro hominum genere putandum sit, quisquis il le fuerit, qui res nouas, inauditas, & præter omnium opinionem, & spem in mediũ attulerit. Proximus huic erit is, qui cognitas, & communes fortassis res, nouo quodam, & insperato scribendi genere tractarit. Itaq; sic deputo. nam si dabitur quispiam olim, qui cum le- gentes ad frugem uitæ melioris instruat, atq; institu- at dictorum grauitate, rerumq; dignitate uaria, & ele- ganti, idemq; una risu illectet, iocis delectet, uoluptate detineat, qđ apud latinos qui adhuc fecerint, nondum satis extitere: hunc profecto inter plebeios minime cẽ- sendum esse. Cuperem in me tantum esset ingenii, quã tum in hac una re proculdubio difficili assequenda ad hibui studii, & diligentiæ. Nam fortassis essem assecu tus, ut apertius ĩtelligerem, uersari me in quodam phi losophandi genere minime aspernando, & didici qui- dem ipsa ex re quantum industrie debeatur, ubi te stu deas esse quouis pacto dissimilem cæteris dignitate, & grauitate seruata. Sin uero a te susceperis ita scribere, ut in rebus grauissimis tractandis nusq̃ a risu, iocoq; di- scedas cum insueto tum & digno, & liberali, profecto illic plus laboris, & difficultatis inuenies, q̃ inexperti opinantur. Etenim sunt, qui dum huic uni, de qua lo quimur, raritati intendunt, & si ea dicant, quæ admo dum uulgata, & plebeia sunt, eadem tñ quadam seueri tatis sumpta persona ita proferunt, ut dignissimi laude habeantur. Nos cõtra elaborauimus: ut qui nos legãt, ridẽat: aliaq; ex parte sentiant se uersari in rerum puesti

gatione, atq; explicatione utili, & minime aspernanda.
Id quantum assecuti simus, tuum erit iudicium, ubi
nos legeris. Q d' si senseris nr̃a hac scribẽdi cõitate, &
festiuitate maximam rerum seueritatem quasi condi/
mento aliquo redditam esse lepidiorem: & suauiorem: le
ges ni fallor maiore cum uoluptate. Sed non erit ab re
instituti nostri eo rationem explicare, quo cum ope/
ris comprehensio fiat clarior, tum me purgem/ cur de/
os introduxerim, & quasi poetarum licentia in scriben/
da historia abusus sim. Nam ueteres quidem scripto/
res ita philosophari solitos animaduerti, ut deorum no
minibus eas animi uires intelligi uoluerint, quibus in
hanc, aut in alteram institutorum partem agamur. Ea
de re Plutonem/ Venerem, Martem/ & cæcum Cupi/
dinem, & contra Palladem/ Iouem/ Herculem / huius/
modiq; deos introduxere, quorum hi cupiditatum/ uo
luptatumq; illecebras / atq; labem, concitatosq; impe/
tus: ac furores: hi uero mentis robur: consiliiq; uim signi
ficãt: quibus animi aut uirtute imbuũtur: rationeq; mo
derantur. aut interea de se male merentur praua: incon/
siderataq; agendo: & meditando. Itaq; cum sit in homi
nuz animis perassidua/ difficilisq; istorum concertatio,
nimirũ sunt dii: quales esse et Homerus: & Pyndarus &
Sophocles: & optimi poetarum introduxere in scæ/
nam. Sed de his alius erit tractandi locus: si quando
de sacris, & diis conscribemus. Nos igitur poetas imi
tati: cum de principe: qui ueluti mens: & animus
uniuersum reip. corpus moderat': scribere adoriremur,
deos suscepimus

Deos suscepimus: quibus & cupidos: & iracūdos: & uoluptuosos, indoctos, leues, suspitiososq;. Contra item graues, maturos, constantes, agentes: solertes studiosos, ac frugi notarem: quasi per ironiam qua les futuri sint in uitæ cursu, & rerum successu, dum aut hanc, aut alteram uitam inierint. Quid laudis: aut uituperii: quid gloriæ aut ignominiæ: quid fir mitatis in rep. aut euersionis fortunæ: dignitatis: ma iestatisq; subsequatur: ut his quatuor libris, ni me laboris mei amor decipit, cum nōnulla comperias: quæ ad optimum principem formandum spectēt: tum etiam non paucissima sese offerant, quæ ad dinoscendos mores pertinent eorum, qui Principes sectantur. Ni forte illud desit, q̄ assentatorem, quo Principum aulæ refertæ sunt: prætermiserim con sulto. Nam illud quidem ueteres poetæ, presertim comici, abunde explicarunt. Tum & a me tantum abest ut possim: quæ assentatoris sunt, ut interdū me redarguendum prebeam, qui emeritas, & locis debitas dignissimorū laudes omittam, ne mihi ipse uidear id genus hoīum uoluisse ulla ex parte imita ri, quos penitus oderim. qui error nunc mihi habe tur tecum. Nam quis est, qui in procemiis scriben dis nō blandiat: nō applaudere gestiat his, ad quos scribat: ut fictis etiam collaudationibus uetere: & p̄ scripta procemiorū lege rem ornare ad decus ducat. Ego nudum procemium attuli, tuisq; tantis tanq̄

maximis ex uirtutibus nullam recensui& feci q̄ qui te, meq; norunt: non uituperabunt. Nam & tu ex te id agis ut tua sese Virtus, Fama, & celebritate p omnium aures, & ora mirifice efferat: posteritatisq; fructum accumulatissime consequatur. Ergo alioꝝ ope in ea re nõ indiges. Ego uero (quoad in me sit) tua & dicta: & facta obseruans, & colligens malo te totis uoluminibus amplecti: atq; cupidis litteraꝝ cõmendare, ut habeant quem egregie imitentur: q̄ leui (ut ita loquar) cõgratulatione permulcere: Sed de his hactenus. Cæterum cum nos per ocium legeris: & tibi inter legẽdum res ex desiderio meo tua pro expectatione successerit, toties cõgratulabimur quoties incideris: ut rideas, & utinam tam sæpe eueniat, ut sales, & inuentoꝝ formas admireris: q̄ nõ inter raro dabitur: ut rideas iocos, & comitatem: q̄bus hæc historia refertissima est. Ergo lege uel maxime ut ipsum te recrees, proxime ut faueas & studiis: & lucubrationibus nostris uolens: ac lubens, sis felix.



IRABAR, si quando apud nos humiles mortales in uita degenda pugnantem aliquam: & inconstantem rationum, iudiciorumque uigere opinionem intelligebam. Sed cum superos ipsos maximos, quibus omnis sapientiæ laus attributa est: cœpi animo accuratius repetere: destiti hominũ ineptias admirari. Nam apud eos reperi uaria: & ppe incredibilia esse ĩgenia: & mores. Alios. n. sese habere graues: & seueros, alios contra extare leues, & ridiculos: aliosque deinceps ita esse a cæteris dissimiles, ut uix esse: ex cælicolarum numero possis credere. Qui tamen cum ita sint, cum longe moribus inter se dissideãt: neminem tamen seu apud homines: seu apud superos reperias ita singulari: & peruersa imbutum natura, cui non alium quempiam multa ex parte comperias similem: præter unum Deorum, cui nomen Momo. Hunc enim ferunt ingenio esse preditum præpostero, mirum in modum cõtumaci: naturaque esse obuersatorem: infestum: acrem: molestum, & didicisse quosque etiam familiares lacessere, atque irritare, dictisque factisque, & consuesse omne studium consumere, ut ab se discedat nemo fronte non tristi, & animo non pœnitus pleno indignatione. denique omnium unus est Momus, qui cum singulos odisse, tum & nullis non esse odio, mirum

in modum gaudeat: hunc memoriæ proditum est ob eius imodestam linguæ procacitatem ab uetere Deorum superum cætu, & concilio omnium conspiratione: & consensu deiectum, exclusumque fuisse: sed inaudita prauitate ingenii: & pessimis artibus tantũ ualuisse: ut potuerit superos omnes Deos: omneque Cœlum: & uniuersam denique orbis machinã in ultimum discrimen adducere. Hanc nos historiam quæ ad uitam cum ratione degendam faciat: litteris mãdare instituimus. Id ut cõmodius fiat: repetenda prius est: quæ nam cã: & modus extrudendi in exilium Momi fuerit. post id reliquam historiam omnium uariã, & nõ minus rerum dignarum, maiestate: quam iocorum uenustate refertissimã subsequemur. Nam cũ Iuppiter optimus maximus suum hoc mirificum opus mundum coedificasset, & eum quidem esse quam ornatissimum oĩ ex parte cuperet, diis edixerat: ut sua pro uirili quisque in eã ipsam rem aliquid elegans, dignũque cõferret. Iouis dicto certatim paruere superi. Iccirco alii alias res, alii hominem, alii bouem, alii domum: singulique (præter Momum) aliquid muneris Ioui nõ ingratum in medium produxere. Solus Momus innata contumacia insolescens nihil ab se fore æditum gloriabatur, & in tanto aliorum, tanquam cõmuni producendarum rerum studio sua in peruicatia summa cũ uoluptate perseuerabat. Tandem cum plurimi maximopere ex eo expostulassent: ut Iouis gratiam & au

thoritatem modestius, consultiusq; coleret: nō quo illoꝝ suasionibus: aut monitis moueretur: sed ꝙ assiduas monitiones: hortationes: precesq; multoꝝ nequiret sine stomacho diutius ferre: aspero: ut semper: supercilio, uincite (inquit) molesti. abunde quidem uobis satisfaciam. Inde igitur rem se dignam excogitauit. Vniuersum. n. terraꝝ orbem cimice: tinea: fuconibus: crabronibus, stataniōibus & eiusmodi obscenis, & sui similibus bestiolis referctissimum reddidit. Ea res primum apud cælicolas ridiculo haberi, ioco, ludoq; accipi. Ille indigne ferre, ꝙ non execrarentur, ueꝝ gloriari suo secum facto: & passim alioꝝ munera improbare: munerum auctores uituperare. deniq; uniuersoꝝ odia dictis: factisq; in dies magis ac magis subire. Erat inter cæteros celebres opifices Deos magna in admiratione suoꝝ a se cōditorum munerum Pallas, ꝙ bouem. Minerua: ꝙ domuʒ: Prometheus: ꝙ hoīem effecissent. proxime ad hos accedebat, ut belle Dea Fraus fecisse uideret ꝙ mulieribus mortalium adiecisset delitias: artesq; fingēdi: risumq;: lachrymasq;. Etenim hos: præsertī cum cæteri Dii laudibus extollerent: solus Momus uituperabat. aiebat. n. utilem quidem esse bouem: & ad fortitudinem æque atq; ad laborem satis cōparatum, sed non suo decentiq; loco fronti fore oculos adactos: quo fiat: ut cum pronis cornibus oppeteret: oculis ad terram destitutis: non destinato: & p̄

finito loco liceat ferire hostem: & ineptum ꝑculdu-
bio fuisse artificem: quæ nō summa ad cornua uel
unum saltem oculum imposuisset. Domum itidem
asserebat nequicq̄ esse tantopere approbandam: uti
ab imperitis Diis approbabatur: qn̄quidem nullos
currus subegisset: quo malo a uicino in pacatius so-
lum posset trahi, at hoīem quidez affirmabat quip-
piam esse prope diuinum, sed siqua in eo spectaret
formæ dignitas, id non authoris inuentum: sed ab
Deoꝝ esse ductum facie: in eoq; opere, illud tñ stul
ta uideri cōmissum ratiōe: qd' intra pectus mediisq;
in precordiis homini mentem abdidisset, quā unā
suprema ad supcilia: propatulaq; in sede uultus lo-
casse oportuit. Cæteꝝ apud se nullius probari æque
atq; Fraudis deæ ingenium. eam. n. adinuenisse quo
pacto pulchra Iunone abdicata, sese pellicem Deo-
rum regi subigat: amatorem esse Iouem: & facile de
licatam: ornatamq; uirginem appetituꝝ, futurum
hinc ut irata ob eam iniuriam cōiuge, & thoros iu-
gales dedignante: doli artifex Dea mulierosi Princi-
pis grām aucupet̄. Q d' si sapiat Iuno: si suos amo-
res integros: pennesq; uelit: ex Deoꝝ cætu Deā frau
dem sibi ducet exterminādam. Hæc Momus dicere
aduersus fraudē usurpabat: tametsi Deā ipsam ama
bat perdite. sed q̄ suspitionibus amoris per id tēpus
diffidebat: criminose: iracundeq; magis iactabat: q̄
esset par: ut iam tum hinc acerba istiusmodi lacessi-

ta iniuria Dea suas oēs decreuerit curas: & cogitatio nes ad sui uindictam prosequendam exercere, itaq; ut pulcherrime ingrato amāti pro meritis referret: suis freta artibus in grām uolens: ac lubens cū Mo mo rediisse simulat. frequens ideo una esse: crebros cum illo trahere sermones, dicēti ultra oīa assentiri: petenti obsequi: subinde credulo amanti futilia quæ dam: cōmentitiaq; secreta aperire: consiliumq; suis in agendis rebus, ficta fide poscere: ac modo ueris: mō falsis uerbis, unis atq; itē alteris Diis īflexo: diducto q; ſmōe obtrectari: ut pcacē ad obloquēdū illiceret. Postremo nihil prætermittere, quo illi esse in tem pore nocua egregio aliquo malo posset. His artibus multa ab inconsulto: & incaute cōfabulanti extorse rat: quæquidem ad eos ipsos, quos id grauate ferre arbitrabatur: detulerat: ea spe ut multoꝝ in unū Mo mum inuidia: odiisq; citatis: ad hostem obruēdum impetu, & manu firmiori attempate irrūperet. De derat preterea opam Fraus Dea: ut puarios īterpre tes crebre in dies multoꝝ aduersus Momum queri moniæ exporgerentur Ioui, & quo oēm ab se istius maleuolentiæ suspitionem amoueret, si qñ de Mo mi nequitia se coram sermo habebatur: quasi p amo ris officio patrocinium præstare se assimulabat: & pluribus uerbis: sed frigidula oratione Momū om nibus accusantibus: & oīum sententiis damnatum defendebat: inquiens: Momum quidem esse mente

alioqui non pessima: sed aio fortassis imoderate li-
bero: eaq; re uideri lingua esse dicatiori, & itempera
tiori q̃ sit: interea totis oculis & auribus euigilanti
deæ accōmodissima ledendi occasio oblata est. Nā
ægreferentibus diis nouum alteꝝ Deoꝝ genus ho
mines procreatum esse & eos q̄dem aura: fontibus:
domo: floribus: uino, boue: & hmōi delitiis multo
ferme quā superos esse beatiores, Iuppiter optimus
maximus: q; celicolaꝝ beneuolētia suum sibi regnū
uellet cōmunire: quæ suæ fuere partes: huic se rei ꝓ-
be prouisurum pollicitus est, & daturū se operā as-
seruit: ut superum nullus post hac sit, quin: se Deū
malit esse q̃ hoīem. Ergo in hoīum animos curas:
metumq; iniecit: morbosq;, & mortem: atq; dolorē
adegit. Quibus erumnis cum iam adeo essent ho
mines longe deteriori in sorte: q̃ bruta animātia cō
stituti, non modo Deoꝝ erga se inuidiam extinxere:
uerum & sui misericordiam excitauere. Accessit ut
gratificandi studio Iuppiter cœlum ornare latissime
aggressus sit. Cœli. n. domicilia cōstituit: eaq; mul-
tis: uariisq; signis: auro: ac gēmis: omniq; deniq; co-
pia delitiaꝝ pulcherrime distinxit. Demū hæc diis.
Phœbo: Marti: Saturno patri: Mercurio: Veneri:
Dianæq; ultro elargitus est. & quo lætam de hinc:
& omnibus celicolis gratam: acceptissimamq; suaꝫ
tyrānidem curis uacuus ageret: munia magistratū:
Imperiaq;: in quos uisum est: impertitus distribuit.
Et iprimis

Et in primis Fato Deo ad res curandas, agendasq;
oium solertissimo: semper agēti, nunq̄ otioso nihil,
p ignauiā: p inertiā ptereūti, nihil precibus, aut præ
miis a uetere more, a legitimisq; institutis deflectē-
ti, uoluendorꝫ orbium curam summam, igniumq;
potestatem legauit concione habita. qua incontione
illud iterꝫ, atq; iterꝫ affirmauit, sese ocii esse cupidissi
mum, ac rerum quidem regni aliud nihil sibi esse re
lictum uelle, q̄ ut una cum reliquis Diis integra uo
luptate ex animi libidine frueretur. suorꝫ uero erga
Deos meritorꝫ hoc satis sibi uideri premium, si per
eorꝫ mansuetudinem dabitur, ut possit uitam dege
re curis uacuam, atq; liberam. Hic locus admonet,
ut qn̄ summam ignium potestatem Fato datam di
ximus, qui nam ipsi ignes, & quæ nam sit ea pote-
stas referaȝ. Est apud superos sacer æterno ab æuo
ductus focus, cui quidem cum cætera, tum illud in
sit admirabile, ut nulla substituta materia, nulloq;
liquore subfuso sese confouens ppetuis lucescat flā
mis. quin & hmōi est, ut qbus adhæserit rebus, eas
quoad una cōstiterit, inmortales, incorruptibilesq;
reddat. sed si ex eo fato sūptas flāmas crassis, liquē
tibusq; rebus terrenis adegeris. sponte sua diffluēt,
ad pristināq; sedem, ni assiduis flatibus, celeriq; mo
tu exagitentur, dilabentur. accedit q̄ solis in uillis
mapparum, quas Dea Virtus contexuit, sacer ipse
ignis uigeat. Isthoc sacro ex foco hausta flāmula ad

C

ſummum frontís uerticem, quibuſq; Deorum illucet, atq; ea quidem in Diis hanc habet uim, ut ea conſpicui, in quas uelint, rerum formas ſeſe queãt ex arbitrio uertere. Q d' ipm pleriq; maximorum Deorum effecere. alii in aureum imbrem, cygnumue, alii aliud in animans ſeſe, prout ſua tulit libido, conuertens. Hoc ex foco cũ Prometheus radiũ ſubripuiſſet, ob perpetratum ſacrilegium ad caucaſum mõtem fixũ relegarunt. Q uæ cum ita res ſeſe haberet, cum is focus ad tantas res agendas eſſet cõmodus, cauere ſuperi magiſtratu ignium creato, ne hmõi furta poſthac ullius audacia, temeritate ue poſſent perpetrari. Hæc de ignibus hactenus dicta ſint. ad rem redeo. Itaq; tantis ab Ioue exhibitis donis, cælicolæ p inſigni ſuſcepta munificentia ordinibus confluebant. Iamq; uniuerſa ĩmortalium multitudo incredibilẽ præ ſe alacritatem ferens ad regiam conuenerat, habitura gratias Ioui. eoq; loci quiſq; certatim maximis laudibus rem proſequi aggrediebatur. recte. n. pieq; optimum principem Iouem pro ſua prudẽtia cælicolarum ordini prouidiſſe, uno ore affirmabant. Solus Momus: uultu triſti, geſtu moroſo, alteroq; ſublato ſupcilio hũc atq; hũc ad cõgratulandũ ppe rãtem toruo, obliquoq; lumine deſpectabat. Senſit illico Perfidia Dea, unicum erga inimicum intenta, Momum eſſe animo in Iouem ſubinfenſo. Iccirco ſuas ad artes conuerſa, quæ opus facto ſint, parat:

Temporis.n.Dei filiam, Verinam, Iouisq; pellice;
Profluam, quam eandem nympharum esse alum-
nam prædicat, proximā post ad cōuiualem aram,
ad quā fortassis adhærebat Momus, collocat, iubet
q; uti assideant humo, & aliud inter se dissimulātes
latitent. Iouis.n.cā parari, quæ sic parentur. proinde
rem sedulo exequantur, & tacite quæ illic dicentur,
auscultent, atq; adnotent. Compositis Insidiis Dea
uultu hilari ad amātem propius accedit. salutāt mu
tuo sese. post id cum paululū fraus obticuisset, mox
contracto supcilio: & quidnam: inquit: mi Mome?
num & tu, ut uideor uidere, de Iouis in superos me
rito secus atq; uulgus hoc imperitum sentis? Ne ue
ro eadem una mecum de hisce rebus statues? Non
ausim ea cuiq̄ pfiteri, quæ sentio, ni forte uni tibi,
quem æque, atq; hosce oculos meos diligo. Verum
qd me cœlem apud te? a quo me ītelligam in amo
re ita accipi prope, ut merita sum mea simplicitate &
fide. Hei nos infœlices qui qdem huic. sed de his ali
as. At pulchra esse opera Iouis nō inficior, tametsi
meminisse deceat, quæq; Princeps maximoꝝ Deo
rum aggrediatur, ea esse oīa oportere ita, ut nihil su
pra, & nihil æque. Rectius pro tua prudentia tu, q̄
dixisse uelim, intelligis, q̄ a me explicent. Hæc Dea.
Tum Momus. pfecto inquit sentis, uti res est, sed
nōdum satis apud me cōstat, stulti ne sint ea prin
cipis opera magis: an ambitiosi. Hic dea subridens:

& quid tum, inquit, utrunq; illi forte si adsit? non ui
tium inq̃, sed consilium. Tum Momus. cõsilium ne
inquit, tu id, ꝙ meram sapiat stultitiam, nũcupas?
constitutam reꝝ agendaꝝ rõnem loquar, quæ me
decere arbitrer? O q̃ cõmodius cum Deoꝝ rep. age
retur, si maturius consilia pensitarentur, neq;. n. lat
est principem pñti libidini prospexisse, ni & quæ fu-
tura sint, ita utrãq; in partem ppenderit, atq; addu
xerit, ut nõ aliena posthac, sed sua, prælertim uiuẽ-
dum sit (ut aiunt) quadra. uel quid hoc dementiæ
Deoꝝ regi incessit. s. tum primum maiorem in mo
dum gaudebat Iuppiter optimus maximus hoĩes
factos esse, ut haberet quos nobis supis seu iure, seu
iniuria succensus æmulos ad inuidiã obiectaret. post
ubi antiquius duxit ueteribus incolis, q̃ aduenĩẽtiæ
Deoꝝ ĩ mortaliũ multitudini superas parere sedes,
illic hoĩes hẽre sibi uoluit, in quos suos iraꝝ æstus
ex aĩo profunderet. in quos ut ĩmani sæuitia grassa
retur. Hinc fulgura, hinc tonitrua, hinc pestes, & ꝙ
durius, ĩtollerabiliusq; est, miseris hoĩem aĩs curas,
metusq;, & quæcũq; excogitari, fingiq; possint ma-
la, ingessit, atq; in unum accumulauit. Alia ex parte,
si certare aduersus mala pigeat, miseris reliquit, quo
se ex crudeli hoste munitissima, tutissimaq; recipiãt
in castra, Mortem. sinuero certare iuuat, o incõsulte
Iuppiter qua te & iratũ, & armatum Deoꝝ princi-
pem superent, homunculis nõ ademisti, Patiẽtiam

De orbium, igniumq; prouincia quid est ꝙ sine cõ miseratione iamiam nostrorum impendentium malo rum referam? Quis tam uecors, tam obtusi extat ingenii, quin istuc mentem adhibens intelligat non defuturum, ut nullis, magisq̃ te authore, o Iuppiter tuiq; ipsius proditore pereas? tu ne fato tantam uim, & potestatem agendarum rerum tanta cum uolubilita te cõiunctam dedisti? Quod si semper, ut cæpere no uas res cupere & posse, astrorum, orbiumq; ductores nõ desistent, quis hoc non perspicit futurum ut olim quempiam alium superis daturi sint regem? Hen in quit hic Fraus, regem ne? quid ni, inquit Momus, an tu Iouem alium esse, q̃ Deum reris, qui Deorum sit rex? Mihi quod autumas, inquit Fraus, fit nõ iniuria uerisimile. Verum & quis nam tanto Imperio dignũ se, etiam iubentibus fatis, deputet? O te ridiculam: inquit Momus, tam ne esse Deos oẽs animis modi cos, & pusillos censes, ut nõ aliquem inueniri cre das, qui impandi oblatam sortem nõ recuset? te quidẽ: inquit fraus, & si maxima quæq; mereri deputem, tñ est aliquid tanta in re, quo te quoq; posse cõmo ueri arbitrer. Sed quidnã tum? nos uero quanti uo les esse apud te, si forte dabitur, ut imperes? mihi tu inquit, Momus altera eris Iuno. Hic Fraus cœpit col lachrymari. at qui nimirũ: inquit: cui præ libidine, q̃ uelit liceant, huic nihil diutius cordi est, aliam tibi reperies amatam Mome. tibi Fraus, quæ te mise re

amet:erit fastidio. His: & plerisq; hmõi ultro: citroq; dictis: coegit Fraus iurare amãtẽ ipsa in ara, sese, cũ factus forte Deorũ fuerit rex, Fraudẽ Iunonis loco habiturum. post hæc ad Dearũ cætum uictrix rediẽs Verinam, & Profluam arbitras bene, & docte sub ornat, quibus uerbis, quo gestu, qua hora ad Iouẽ quicquid ad aram ex insidiis audissent, referant. Fiũt oĩa ex snĩa. Atroci ergo ad se delata amittendi regni suspitione cõmotus Iuppiter, quod iam pridem aliorũ cã esset, erga Momũ occulte factus iratior. Nunc suis rõnibus q̃tum coniectura prospiceret paratum aduersarium intuens sese acerbum iniuriarũ uindicẽ exhibuit. Irato Ioue oĩa atq; oĩa cõtremuere. Obstu puere superi. Cogitur frequens Deorũ senatus. iubẽ tur pflua Dea nympharũ alumna & Verina Tpis filia testificari quæ a Momo dicta nuper ad aram subaudissent. Instituebat Deum pater, & hoĩuz rex Iuppiter solẽni more diem reo dici, constitutisq; iudi cibus audiri cãm, legitimoq; iudicio litem pcenseri. Sed tũ totis ab subielliis una oĩum, eademq; repen te oborta uox: publicum odium Momum maiesta tis teneri acclamauit. io. p̃hendendum sceleris obno xium. io. & promethei loco uinciendum. Tanta ini micorũ conspiratione, tantisq; in se unũ insurgenti bus irarũ procellis Momus aĩs prostratus, & trepi dans fuga sibi consulendum statuit. Eridanum cœ li fluuium citato gradu fugiens petebat. quo inde

ſumpto nauigio ſecundis aquis ad noſtras hoĩum
regiones applicaret. ſed dum ab inſequentium ſtre-
pitu ſibi cauiſſe properat, in uoraginem multo hia-
tu preruptam, quæ quidem cœli puteus dicitur: in
cautus corruit. illinc, amiſſo flamine Deorum inſi-
gni, in ſolum etruſcum quaſi alter tages irrupit. Eã
gentem religioni maiorem in modum deditam oſ-
tendit. ſuas iccirco primas ſuſcepit ꝑtes: idq; ſibi unũ
indixit fore negocium uindictæ grã: Etruriã ab Deo
rum cultu ad ſe obſeruandum, imitandumq; abdu
cere. Itaq; nullum erat uſpiam Deoꝝ cõmiſſum fla
gitium in eam diem, cuius Momus diligentiſſimus
exquiſitor non meminiſſet, codicibuſq; adnotaſcet.
Ergo obſcenas quaſq; ſuperum fabulas, deſumpta
poetaꝝ perſona, ſerio ue, ioco ue, ad multitudinem
decantabat. Iouis audiebãtur in ſcholis, in theatris,
in triuiis adulteria, ſtupra, turpiaq; amoris furta. tũ
& Phœbi, & Martis, & horum & item horum ſu
perum nefanda facinora uulgo aſſeuerabantur. De
niq; ueris falſa miſcebantur, & uulgatoꝝ in dies ſce
lerum numerus, & fama multo excreſcebat, ut iam
Deoꝝ, Dearumq; caput nullum nõ inceſtum, fla-
gitiiſq; perditum haberetur. Poſt id Philoſophãtis
perſona ſumpta, ut erat barba ꝓmiſſa toruo aſpe-
ctu, hiſpido ſupercilio, truci nutu, & geſtu, ut ita lo
quar, faſtuoſo, per gymnaſia nõ ſine multoꝝ coro-
na cõcionabũdus diſceptabat. Deoꝝ uim aliud ne

quicq̃ esse, q̃ irritũ & penitus friuolum superstitio-
saꝝ mentium commentum. nullos inueniri Deos,
præsertim qui hoĩum res curasse uelint. uel tandem
unũ esse oĩum aĩantium cõmunem deum, Natu-
ram, cuius quidem sint opus & opera non hoĩes
modo regere, uerum & iumenta, & alites, & pisces,
& eiusmodi animantia, quæ quidem consimili qua
dam, & cõmuni facta rõne ad motum, ad sensum,
ad seseq; tuendum, atq; curandum consimili opor-
teat uia, & modo regere, atq; gubernare. neq; tam
malum compiri naturæ opus, cui nõ sit in tanto ꝓ
ductaꝝ reꝝ cumulo ad reliquoꝝ usum, & utilitatẽ
accõmodatissimus locus. fungi iccirco quæcunq; a
natura procreata sint, certo præscriptoq; officio, seu
bona illa quidem, seu mala pensentur ab hoĩbus,
qñquidem in uita, repugnanteq; natura eadem ipsa
per se nihil possint. Multa pẽsari peccata opinione,
quæ peccata non sint. ludum esse naturæ hoĩum
uitam. Itaq; his dicendi rõnibus plerosq; mortaliũ
mouerat Momus, ut iam intermitti sacrificia & so-
lẽnes antiquari cerimoniæ, Deorumq; cultus pas-
sim apud mortales deseri occiperẽt. Id ubi a superis
cognitum est. fit ad Iouis regiam concursus. Actũ
de rebus suis queruntur, opem auxiliumq; mutuo
(ut fit in pditis rebus) alter ab altero exposcunt. iãq;
se prospicere affirmant sublata apud hoĩes opiniõe
Deorum, & metu, ne quicq̃ esse ꝙ se amplius Deos
deputent.

deputent. Interea Momus uindictas acrius p̄sequi, & oīum philosophantium scholas disputādo incessere, nō desistebat. Disputanti Deo iam tum, seu inuidia, seu garriēdi cupiditate: cateruæ occurrebāt philosophorꝝ. Etenim cominus, eminusq́ circum astabant, interpellabant, uexabant. Momus uero acer, durus, oīum impetum magis peruicacia, q̄ iustis uiribus solus sustinebat. Alii præsidem: moderatorēq́ reꝝ unum eē aliquem arguebāt. Alii paria paribus, & inmortalium numerum mortalium numero rñdere suadebant. Alii mentem q̄dam oī terræ crassitudine, oī corruptibilium, mortaliumq́ reꝝ contagione, & cōmertio uacuam, liberamq́, diuinaꝝ & humanaꝝ esse reꝝ alumnam, principemq́ demōstrabant. Alii uim quādam infusam rebus, qua uniuersa moueātur, cuius ue quasi radii quidam sint hominum animi, Deum putandum asserebant, neq́ magis inter se uarietate sententiaꝝ Philosophi ipsi discrepabant, q̄ uno instituto oēs una aduersus Momum sese infestos uariis modis obiiciebant. Ille, ut erat in oī suscepta controuersia peruicax, suam durius tueri sententiam, negare Deos, ac demum falli hoīes, qui quidem ob istum, quem cœlo spectent conuersionum ambitū moti: præsides Deos ullos p̄ter Naturam putēt. Naturam q̄dem ultro, ac sponte suesse erga genus hoīum īnato, & suo uti officio: eamq́ haud usq̄ egere nostris rebus, sed ne eam q-

dem nostris moueri precibus, ac demũ frustra ees metui Deos, qui aut nulli sint, aut si sint, nimirum suapte natura benefici sunt. Disceptantium Philosophoꝝ tumultu ꝑcipiti superi, unde a cœlo exaudiri uoces possent, ad rem spectandam accursitarunt: suspensiq; aĩs disputationis euentũ expectabant. Nũc Momi respõsis tristes, nũc philosophoꝝ uocibus læti. Etenim philosophi aduersus Momum concitati natura ambitiosi, mente arrogantes, usu uehementes, uti erant, altercatores ptinacius instabant, urgebant, neq; interdũ cõuitiis parcebant. Hinc ad maledicta utrinq; ꝓrũpere: postremo ardescẽte rixa pugnis: unguibus: dentibusue obstinatum garrientis Momi os obtundere: lacerareq; prosecuti sunt. Tumultum supuenientes nõnulli proceres sedauere. At Momus hoꝝ ipsoꝝ ista ex pugna fidẽ: opẽq; implorãs, dimidia deperdita barba: fœdatos uultus ostentabat. Eam. n. dum circum hostium manibus obuallatus, oppressusq; fugam meditaretur: & cubito: & umbone ualidus hunc: atq; hũc deturbasset, pusillus quidam Cynicus trepidãtis Momi ab collo pendens morsu barbam decerpserat. Proceres tãtam barbato hoĩ illatam iniuriam præ se moleste ferre, sceleris authores quæritare. Sed circum strepentium philosophoꝝ uocibus Momum accusantium satis explicite exaudiri homo nemo narrãs poterat. Tandem tota intellecta historia: ubi pusillum

eum Cynicum demorsorem adductum reũ conspicati sunt: & hoiem accepto pugno: cõmaceratis oculis, obscænum & inter conandum loqui maximis screatibus demorsæ uoratæq barbæ pilos expuentem, intuentur, mutuo risere: atq re neglecta: despectaq abiere. Superis id ad maiestatem Deoꝝ conducere: ne quicq̃ uisum est: ut discant homunculi in quemq̃ Diuoꝝ tametsi consceleratissimum: atq penitus incognitum inferre manus. Alia ex parte prospiciebãt: nõ defuturum: quin prope diem Momo: ut cœperat: uindictam ꝓsequente, plebeq ignara: & credula assentiente, prisci gentiũ ritus: & iusta Diis sacra labefactata obliterarentur. Coacto ea de re senatu Deoꝝ duæ proferebant̃ sentẽtiæ. Vna erat: in quã quidem pedibus ibant cuncti: ut ad superum dignitatem: authoritatemq reuocandam grati aliqui: acceptiq hoĩbus mitterentur: qui apud mortalium aĩos quouis argumento in integrum statas ueteres cerimonias: ac uenerationem Deoꝝ restituerẽt: atq refirmarent. Altera erat sñia, in qua uariebatur, sed primarios habebat authores: ut Momus: cuius iam tum mores cælicolis oĩbus essent cogniti: reuocaret̃. Plus. n. detrimenti ex illius exilio diuoꝝ ordini redundatuꝝ: q̃ si garrulum blatteronem, cui nulli amplius crediturí sint: domi continuerint. qđ si Momi pæna delectẽtur: eẽ quidem genus exilii deterrimũ ita inter suos uersari: ut oĩbus inuisus: atq infensus

sit: tandem ex Iouis: senatusq; decreto: Virtus dea: q
& aspectus maiestate: & apud mortales authorita-
te plurimum ualeret: ad terrarum incolas: ueluti in p
uinciam: summa cum imperii potestate demittitur.
mandaturq;: ut prouideat: nequid Deorum resp. detri-
menti patiatur. Dea proficiscente uniuersi ordines co
mitādi gratia frequētes adfuere: tum & singuli sena
tores cælicolæ, prout necessitudine: aut familiarita
te apud proficiscētem ualebāt: soliciti admonere: hor
tari: rogareq;: ut qbus possit artibus cōmuni in pe-
riculo publicam ad salutem aduigilet: detq; operā:
ut cuius ope Deorum flamines extarent: eius cura: &
diligentia sacrosancta īmortalium maiestas tueret.
Illa optimam de se spem in tanto Deorum discrimine
pollicita: q̄tum ex tpe captari afflictis rebus consilii
potuit: mature iniuit: Quatuor Deæ Virtutis filii
aderāt adolescentes formæ uenustate: indolisq; grā:
& uultus pceritate: morūq; p̄stantia facile principes
cælicolarum iuuentutis. hos laute ornatos secum Dea
pficiscens ducit: per quos: sin aliter nequeat: Deoru3
ueteres hospites: proceres mortaliu3: heroasq;: quos
esse pulchrorum amatores meminerat: moueat. Tanti
erat Momi conatus uelle euertere. Eccā igit deā qua
drato reptātē agmīe: hīc Triūphus, hīc Tropheus
duo uirtutis mares liberi p̄textati preibāt. Virtus ma
ter subinde media subsequitur. Matrem deam binæ
item puellæ filiæ Laus: atq; Posteritas consequebā

tur. Deorum numerus ad septimũ usq; lapidem lõgo ordine cõfertim Deam ægredientem comitati sunt. At legati illic nubem candidissimã oĩum cõscende runt: qua quidem per æthera procliue labentes ad terras delati deuenerunt. Hac uirtutis pfectione Dii plurimum recreari toto cœlo professi sunt: neq; de futurum arguebant: quin tam preclaris fulcta coad iutoribus dea uiolatam cælicolarum maiestatẽ ab im puri: facinorosissimiq; Momi iniuriis esset uendica tura. Dea ut primum appulit ad terras: mirabile di ctu: q̃tum uniuersa terrarum facies plausu, lætitiaq; ge stiret. Sino quid auræ: qd fontes: quid flumina: qd colles aduentu Deæ exhilarati sint. Videbas flores uel ipso præduro ex silice erumpere, pretereuntiq; Deæ late arridere, & uenerando acclinare, oẽsq; sua uitatum delitias, ut odoratissimum id iter redderẽt: expromere. Vidisses & canoras alites prope aduoli tantes circum applaudere pictis alis: motuq; uocis Deos hospites cõsalutare. Quid multa? oĩum mor talium oculi diuinos ipsos ad uultus contuendos in tenti hærebant, Multi spretis officinis tm̃ aduentã tium specimen diutius contemplaturi iterum: atq; ite rum sectabantur: Nõnulli inter sectandum præ ad miratione obstupescebant: quoad prope attoniti red diti hærebant: Vndiq; confluebant ex uicis, ex angi portibus: & matres: & nurus: & senes: & oĩs ætas. & quinam hospites: & quid sibi uelint inscii mutuo

ab insciis sciscitando fatigabantur. At Dea composi
to gradu: & uultu multa praeseferens admixtam cũ
dignitate facilitatem: lento motu: laetoq; supcilio sa
lutatrix per militarem uiam ad gymnasium: inde
ad theatrum: postremo in aedes publici iuris homi
num subingressa constitit. Senserat Momus adue
nisse Deas. sed partim odio Deorum: taedioq; rerum sua
rum e conspectu diffugiebat: partim qđ procul ui
sam laudem Virtutis filiam oĩum pulcherrimã ar
dere incaepisset: seductus sectabatur. Atq; ut erat in
genio suspitiosissimo: sua fuisse deas causa demissas
ĩterpretabatur: & curis plenus uaria intimo pectore
consilia uoluebat. Veniebat in mentem quid sibi es
set cum iratis Diuis causae. senserat apud quos diuer
tisset: mortales multoquidem: q̃ possis credere: tru
ces: & truculentos. Deos alia ex parte meminerat so
lere flecti precibus. At Deorum legatũ cõgredi haud
putabat fore utile exuli, ni forte id multa fiat cum si
gnificatione aĩ penitus deiecti: atq; demissi: & sup
plicem prebere se Momus omnino ab suo institu
to esse alienum statuebat, neq; inueniebat quo pa
cto sibi ipse imparet: ut acris austeri: semperq; infe
sti improperatoris personam poneret. quãquidem
dudum susceptam aeterna puicacia seruasset. Alia ex
parte metuebat: ne Deam ipsam alioqui facilem: &
mitem sibi exasperatam redderet sua cõtumacia. &
conuenire suis rationibus intelligebat, hanc ab sesa

re nō alienam: a qua aliquid opis: cōsiliiq; sua in cā esset impetraturus. Accedebat eo nouissimus erga Laudem initus amor. Tādem in hoc irrupit cōsilii: ut Deam sibi cōueniendam duceret. Itaq; sese dictis castigans, ponendi nimirum, inquit, sunt miseris, o Mome fastus: seruandaq; rebus felicioribus grauitas. satis ꝑ decore fiet Mome: ubi te: quoquo id que as pacto: ex infimo abiectoq; loco in pristinā dignitatem uendices. Neq; tu hoc putato dedecere: cum agas: ut quæ agas: deceant. Nam est quidem sapientis: parere tēpori. Quin & assentando: supplicando ue conferet ad res maiores capessendas aditum parasse Momo. Dices eē nequeo nō Momus: nequeo nō esse: qui semꝑ fuerim: liber & constans. Esto sane. ipsum te intus in aīo habeto: quem uoles: dum uultu fronte: uerbisq; eum te simules: atq; dissimules: quem usus poscat. Et tuā: qui tam belle id possis: & illius: qui id nō recuset: rideto. Ineptias hmōi secum uersans Momus, cum propius accessisset ad templum: tam repēte tantam illuc accursitasse multitudinē: tanq; uarios illic ludoꝝ conari apparatus, demirat᷑. Nāq; inter diuas puellas ingenio erat Laus leuissimo: & oculoꝝ flagrantia propemodum imodesta. Iāq; ut se appeterēt: illexerat cōplurimos. quorum cateruis circum aduentantibus diuæ pene obsidebātur. Etenim alii fidibus: cantu: saltu ue. alii palestra. alii opum: diuitiarumq; ostentatione. deniq;

quiſq; quã plurimũ poſſet, polleretq; re placere Laudi puellæ adoriebatur. Laſciua Laus oĩbus, ac pſertĩ his, qui lauta præſtarẽt ueſte, amenã offerre ſe quã tis poterat artibus, matre nõ recuſante, elaborabat. Tantos Momus offendiſſe riuales ægre ferebat, ſed qua de re aduenisſet ſollicitus quendam ex proxima taberna emittit, qui uirtuti Deæ nũciet, eẽ aliquem ſuæ gentis Momum, qui ſe nõ inuitas percupiat adire. Metuebat. n. ne ſi non tentata, & cognita Deæ in ſe gratia adiuiſſet, excluſus multitudini ludibrio haberetur. At uirtus Dea utinam inquit ſatis meminiſſet is quidem noſtra ſe habitum eſſe ex gente, non profecto ſibi tantas cõmiſiſſet rerũ ptur batiões. Verũ accedat, ut lubet. His uerbis Momus nunciatis quã in partem acciperet nõ tenebat. oculis, uultu, animiſq; ſe in oẽs partes uerſabat. Tandẽ curarũ plenus ad templi ueſtibulum adſtitit. quo loci uix unũ aut alterũ pro ſui cõſcientia uerbũ poterat proferre. Sed ab Dea pbenigne ſuſceptus ipſuʒ ſe colligens plura eſt orſus dicere. Etenim ueterem cæpit familiaritatem, mutua officia, ſummam erga Deam beneuolentiam cõmemorare, ſuas calamitates deplorare, opem orare, ſeq; modis oĩbus cõmẽdatum facere. Dea, ut fractuʒ exulis aĩum recrearet, quæ ad rem pertinere arbitrabatur, maturæ, & grauiter pro loci, temporiſq; rõne, reſpondit. Inter quæ non defuit illud, ut admoneret, cõmodius cum pro

fligato agi;

fligato agi, si desineret olim nõ usq; se oibus præbe re infensum, atq; inuisum. obesse rebus agendis nimium properam, & procliuem ad detrectandũ loquacitatem: Rogare ut poneret aíos cõcitatos, temperaret iracundiæ. Abhorrere quidem a suis temporibus, ut iniuriaꝝ tam obstinate meminerit. eo mentem intẽdat, ut spectet, quã quæq; in superos astruat, facilius ea quidem in sui caput sint reddituraq̃ superos affectura. Repetat ipse secum quid assequutus sit suis artibus, & uetere uiuẽdi more. Dolendũ quidem ad id pene redactas esse Momi rõnes, ut q uelit opitulari nequeat. sed tñ pro uetere gratia non defuisse cum publice, tum priuate Momi causa, curasse ut superi Momi salutem nõ negligant, curaturamq; ut benemerẽti accumulatissime referant. modo suas esse partes Momus sentiat, ut in aís hominum suis uerbis labefactatam & pene conuulsam Deoꝝ opinionem, religionemq; restituat. Momus insperato gaudio excitus cuncta polliceri, nihil non spondere, oía ab se deberi Diis magnifice de se meritis deierando insistit. Interea Proceres, primariæq; matronæ, inter quas sunt qui opinent affuisse Herculem, liberumq; patrem natum Semele, Mediuz Fidiũ, fratresq; Tindaridas, atq; itẽ Matutã Cadmi filiam, Carmẽtã, Cærereмq;, & istiusmodi. Hi plebe abacta, & una pro truso Momo in templũ Deã consultatum ingressi sunt. Cũq; cœpissent poscere,

ut bona uenia liceret nosse, eent ne, quales aspectu, & corporis habitu uiderentur, ortæ ex Deorum genere: Cumque rogare, obsecrarique perseuerarent, ut priuatim apud se hospitio diuerterent, Momus admodum spe plenus, & Dearum presentia fretus sese elatius agitare cæperat quam eet par. eteni impitare, obuersari, detrectareque non cessabat. At multitudo insolentissimi unius huius arrogantiam, contumaciamque fastidita, e templo extrusere. Insperata iniuria commotus Momus, mediaque inter plebem sese ingerens, huiusmodi dictis excandescebat. Ne uero tantis lacessiti iniuriis o ciues istorum procerum dementiam æternum perferemus? Sint illi quidem malam suam in rem, malumque in cruciatum opum affluentia, & prædarum cumulis nobis humilioribus, quoad eorum fata uelint, superiores, nosque innocentes, quod eorum flagitia non probemus, oderint. fulgeant auro, & gemmis. stent unguentis illibuti, dum & omnium libidinum sordibus delibuti, & immersi degant. Nos trita ueste sudore obsiti semper ne pessundabimur istorum impudentia? Non ergo licebit fortibus uiris, quod pauperes simus, nostræ gentis, necessitudineque coniunctos hospites istis ipsis inuictis congredi. O nefandam, & pernitiosam nostræ comunis libertatis labem, atque excidium. Arroganti imperio dispellunt, superbo impetu deturbant. Nos uero nostram dignitatem tam atroci iniuria lacessiti uirtute non tuebimur? Nos insignem paucorum audaciam tam multi uno

consensu, & cõspiratione nunq̃ refellemus? Pudeat fœdæ seruitutis. Hic ciues liberos esse nos ostẽdite. Adeste uiri fortes. tyrãnos nequire diutius perferre ostendite. Ius uestrum tueri, libertatem defendere, ac deniq; uitã seruituti postponere olim posse ostẽdite. Adeste ciues. ui temeritas coercẽda. sequatur libertatis uindicem, qui se ciuem, libertateq; dignum putat. Arma, Arma uiri. Hæc Momus. At ciues, q̃ aderant, ut est uulgi uitiũ, & natura sponte quosq; rerũ nouarũ authores sequi, & præcipites in ostentatos seditionum fluctus ruere, iam tum irritatis aĩs fremebant, & passim indignũ facinus procerũ accusantes, undiq; ad tumultũ insurgebant. Id cum animaduertisset Dea, ad templi uestibulum se cõferẽs pturbationum authore Momo accito, facile surgẽtem tumultum circũstrepentis plebis sedauit frontis, & manus gestu regia quadam cum maiestate innuens. & ad Momum cõuersa, nũ tu hoc, inquit, pacto Mome, quæ modo apud me pollicebare incoabas? Siccine indomitam multitudinem ad imanem audaciã cõcitabas, ut me & hasce puellas medias inter pericula faciũ, ferriq; armorũ cõstitueres? Vt mutilatorũ, cadẽtiumq; nostra ĩter gremia cruore aspersæ diuæ ad superos rediremus? Saniore esse Momum posthac mẽte optamus. Ego uero, inq̃t Momus, desperatus meis in rebus tantis illesus incõmodorũ, & horũ istorũ mortaliũ iniuriis nõ pos

ſum ipſum me cohibere, quin mea mala ſentiens paululum cædam dolori. Tuũ erit Virtus hoc ꝓuidere, utrum iniuria nobis ſempiterna magisq̃ beneficiis certandum eſt. Adſis, inquit Dea, hoc uelĩ de me tibi pſuadeas, tuis me cõmodis curandis minime defuturam, & quo firmiori ſpe, atq; expectatione quæ tuæ ſunt partes, exequare dãnum, hoc tibi ſpondeo. Tu q̃dem ſi quid, uti mea de te fert opinio, bene de genere Deoꝝ apud mortales fueris ꝓmeritus, profecto efficiam, ut nulla ex parte officii tui pœniteat. At qui eſt q̃dem, ut de te mihi omnia pollicear, noui ingenium tuum Mome, & de te ſic ſtatuo, dum ita inſtituas aliquid & tibi ſalutare, & Diis gratum uelle experiri profecto ex ſnĩa pficies: Tu modo id para, & te priſtina Deoꝝ gratia dignũ preſta. Maiora longe a nobis rependentur, q̃ ꝓmiſerimus, Momus ad hæc q̃d aut de ſe ſtatueret, aut benigne admonẽti referret præter lachrymas nõ habebat. Illud cõmouit Deã, ꝙ uetula quædam ĩcurua cum ſenio, tum & metu pñtium reꝝ pene confecta properans, tremitans, anhelitãs, uoce ſubmiſſa hoc homo hoc, inq̃t, næ tu quantis in piculis uerſere nõ intelligis. fuge hinc miſer, teq; ab paratis aduerſum te inſidiis eripe. Acinacem uidi ſeruo ab latere ꝙ procerem tradere, ac iubere uti q̃primum te reꝝ oĩum pturbatorem confoderet. Dea, ne quid coram immite hmõi, & nefarium perpetraretur uerita

uelum quo esset accincta instar apicis quod e coelo in puteum corruēs amisisset ad Momi caput aduol uit. At tu inquit quas uoles uarias in facies uersus infestam in te insidiarum manum aufugies, ꝙ si pro tuo officio quæ ad Deorum rem pertineant exeque re, id mihi assumo de te ut benemerito benefactum congratuleris. Post hæc ad proceres cōuersa Dea se se nisi in templo alibi pnoctare instituisse negat. sed postridie mane si redierint habere quippiā, qđ cum illis sit maximis de rebus actura. Demum ubi salu tatores missos fecit, e uestigio æneas graues ualuas obducit tēplo quo ab impurissimoꝝ audaciūq; cō tumeliis sit obclusis foribus tutior. Momus postq̄ quæ neq̄, & improbe tentasset tam pter spem, atq; expectatiōem bene uertere animaduertit, suis ab suc cessibus aīos, atq; spiritus pristinos resumēs oēs cu ras, cogitationesq; suas ut aliqđ se dignum facinus aggrederetur, intenderat. Ergo nouam, atq; in audi tam lædendi rōnem adinuenit, qua ubi nefarie mi sceret oīa, illic pie, & probe fecisse uideretur, & pro malo inuento ab his, qui iniuriam accepissent, grāæ haberent. puellaꝝ. n. una erat Tersitis soror īprimis ob egregiam deformitatem urbe tota cognita. hæc, ꝙ regio langueret morbo, rus ualitudinis gratia pe tierat. In hanc cōuersus Momus se cæteras īter puel las, quæ tunc forte in triuiis, atq; angiportibus cō gruerant, īmiscet uultusq; suos nō ut antea pallens

tes, & squalidos, sed nouo quasi miraculo factos ro-
seos, & miro uenustatis splendore amoenos osten-
tans, manuqꝫ sibi insuetos aureos capillos demul-
cens, bellissime inlectabat. Inuidẽtibus puellis, atqꝫ
poscentibus, unde una hæc Tersitea oĩum incurio-
sissima puella tam repente cõnituerit. Momus cõ-
posito ad delitias uultu, eo dum inquit adeste meæ
cupidines, meæ puellæ, animoqꝫ, si id uacat, aduerti
te quæ uobis utilissima, & gratissima dictura sum.
Discetis.n.a me quo pacto etiaꝫ uos hmõi uultu or
natissimo prodeatis. At qui eritis quidem tanto, q̃
ipsa sim ornatiores, quãto præ me uestraꝝ quæqꝫ
ex se est longe formosior, atqꝫ decentior. Quod
ni ita ut facerem tã mirifici doni largitiores Dii im-
perassent (meũ apud uos sit fas profiteri peccatũ)
fortassis poteram tacendo meo cum aĩo mecũ hoc
nostro solo potiri gaudio, proprioqꝫ hoc inter puel
las triumpho gloriari. sed superis dis spõte, ac lubẽs
pareo. Tu Venus. tu Bacche. tuqꝫ aurea Aurora ade
ste, faueteqꝫ, dum sancto, pioqꝫ uestro pro imperio
tanti tãqꝫ diuini muneris meas hasce amãtissimas,
carissimasqꝫ puellas participes facio. His Momi di-
ctis, puellæ facile, nõ dici põt, q̃ sese audiendi, discẽ
diqꝫ auidas prestiterint. Tum Momus cõmentitiaꝫ
fabulam ordiri grãdi uerboꝝ apparatu cæpit in hãc
ferme sñiam. Nocturna se quidem uigilia fessam, cu
risqꝫ aĩ fractam, atqꝫ defatigatam ruri mane dilucu

lo obdormiuisse, & in somnis uisam sibi curas easdē sua cū defuncta nutrice repetere. Id erat suam se uehementer sortem accusare, ꝙ alioqui non oīno repudiandam ob ingenii dotes puellam uideret se nullis fore nō ingratam, atq; una præsertim re coloris obscenitate haberi a cūctis mortalibus spretam, atq; reiectam. At uetulam nutricem uisam dicere desine aīe mi te hisce fletibus cōmacerare, dabo quo pacto fias formosissima. Ito, uoueto superis, & Veneri, & Baccho atq; Auroræ dis te coronas tua manu illibatis floribus consertas ad aram illoꝝ simulachris admoturā, modo aliquid dēt ad te honestādam opis. Nanq; obsequii memores, & gratissimi Dii quæq; petieris præstabūt. Hac nutricis oratiōē recitata Momus, iam tū animos puellaꝝ spe, atq; cupiditate maiorem in modum oppleuerat, quas cū ita affectas intueretur unā, atq; alterā spectās per ꝗ bellulo gestu cæptos sermōes ꝓsequuta. Hæc mea: inquit: dixerat nutrix. At ego experrecta pronis manibus quāta dabatur animi fide ex insomnio uoui. Credin? illico me bona spe factam firmiorem sensi. Quid multa? iterato consopitam me Aurora dea ꝑ somnium qua arte resina, cerusaq; pingerem, & pumicæ fingerem, & croco, nitroq; crinem tingerem edocuit. Qua ex re uos puellas bis fœlices arbitror: & ꝙ diuinos Auroræ uultus his artibus, quoad lubeat, liceat mutari, & ꝙ nostris in curis, & labori-

bus patefactam ad superos Deos imortales consu lendos, placandosq; uiam habeamus. Hac pacem, opemq; poscere superum, hac Dis uolētibus, & an nuētibus quasi quodam rerum agendarum cōmertio iū gi superis facili, leuiq; negocio possumus. Ite ea de re posthac puellæ: atq; a Dis audete uotis quæq; col libuerint, petere. His fabulis recitatis Momus puel lam unam, atq; alteram bellissime adornauit, atq; sese qua pingerent arte instructas, plerasq; oēs red didit. Verum petiit in abdito facere id cōsuelcerent, ne uiri quoq; sibi una tantas delitias usurparent, ne ue domi morosæ, & causatrices nouercæ resciscerent. Hæc Momus atq; abiit, ita acta sua secū reputās, ut præ lætitia prope insaniret. Etenī aiebat, profecto (uti aiunt) rerum oīum uicissitudo est. Quis tantā, tāq; uariam temporum meorum cōmutationem, con uersiōemq; factam uspiam potuisset suspicari? Nup exul miseriis obrutus, Dis atq; hoibus odio, & lu dibrio qui fueram, nūc repēte ex afflictis, perditisq; rebus in tanta hæc mea tractus gaudia nimirum exulto lætitia. Sed nōdum apud me constat in pri mis ne congratuler q ab exilio restitutus pristinam dignitatem recuperaturus sim, an q hæc mihi uin dicandi mei ratio in mentem inciderit, qua inueniri nulla possit festiuior, & profecto hic apud hoies uer sari oportet, si qd ad dolum, & fraudem uelis astu: perfidiaq; callere. Hu iquale bipedum genus hoies?

appage.

appage? At qui hoc mihi exacerbo exilio obtigisse uoluptati est, quia fre, & gnauiter uersipellẽ atq; ter giuersatorem præbere me simulando, ac dissimulã do perdoctus, peritissimusq; euaserim. Quas pro fecto artes commodas, & usui pernecessarias in illo apud superos ocio, & luxuriæ illecebris constitutus nunq̃ fuissem assequutus. Nunc his meis uexatus, exagitatusq; casibus quid est quia te fraus uerear? O me fœlicem si illa pristina in rerum affluentia qd pos sent in dies noua incõmoda tenuissem. Non me fe difraga fraus tuis proditoriis artibus exterminasses, quia si ad superos rediero (Sed de his alias) hoc scio Momum fallet nemo, qñquidem omnes fore im probos perdidicit Momus. ad rem redeo. sic se res habet. Hic apud hoĩes ferendo, tollerandoq; dura, & aduersa ad grandes, præclarasq; res prospere agẽ das ratio, & modus comparatur. uel quis meum hoc, uti par est, satis laudarit uindicandi cõmentum? Ne uero nõ me architectum elegãtem oĩs malitiæ pre bui, hoc nimirum meo facto id uẽturum sentio. su peros discet mortalis uoto incessere, noui eius petu lantiam. noui procacitatem, arrogantiam, temerita tem. Nihil sibi rerum optimarum, atq; diuinarum nõ debe ri deputat. Quid erit quod uotis nõ aggrediat? stul te appetet, temere affectabit, proterue exposcet, nihil sibi negandum, nihil nõ ultro conferendum ducet. Deniq; quiuis unus homunculorum cunctos Deos

sua insolentia expostulando defatigabit. Illi uero delitiosi, qui quidem lauta inter cœli domicilia omne æuum per ocium, & incuriam ducere ĩstituere, si qd has res uotorum curarint, cõferant ad res agendas manum, animumq; oportet. Ac desinant quidem suo cum Ganimede, sua cum Venere, & Cupidine desipiscere uoluptatibus. Adde, q͏̃ si de mortalibus benemereri occeperint, in dies excrescet desidiosis, inertibusq; labor. Sin hæc negligent, desidia, & fastidio actum est. nulli sunt. tolle qui parcant, frustra imperes. non habeant Dii, qui ad sui numinis uenerationem animos subigant, quanti tu putes eẽ te superum? Accedit huc, q͏̃ sunt qdem Dii ipsi plus satis ambitiosi: & popularis submissionis, assentationisq; maiorẽ in moduz audi. sunt alia ex pte supini: ignaui: desides: quo fiet, ut nectare, atq; ambrosia ĩmersi, & obruti noua, & ĩsperata hmõi re quasi a sõno exciti, quid quisq; priuatim sibi consilioꝝ captet nõ habeat, & cõmuni in re qd statuisse conferat: nõ inueniat. Disputabãt altercationibus magis, q̃ sentẽtiis. Illic nostræ aderit opæpræciũ nõ mediocre. Nã me, ni eoꝝ mores, & cõsuetudo fallit, futuꝝ pfecto uideo, ut in cõtentionis studiis aliquid iraꝝ, & odii inter eos excitetur. neq; dubito quin in me multa ex parte illaꝝ pturbationum æstus redundet. Sed quo me purgem, atq; ab inita inuidia reuocẽ, illud semp patebit, ut dicam me bona fide illoꝝ maiestati cõ-

suluisse q̄tum ingenio, & simplici prudentia ualui, & bene mihi quidem ꝙ in me fuit merito insperatum rei euentum ad culpam esse nō detorquendū. postremo & quid illud? num q incultas, agrestesq̨ potuit puellas deperisse Iuppiter, factas per me uenustiores nō ardebit? Vale Iuno. Dū hæc secū cōmentaretur Momus, incidit in mētem, ut tetrū aliud adoriretur facinus dis superis, & dis inferis: & hominum generi inuisum, infestum, & detestabile. Digna res memoratu: leuire, si id ita licet dicere: tā exitiosum, execrabileq̨ malum esse exortū. Tum & ipsum flagitium ob inuenti nouitatē habet in se q̄piam, qd̓ q̄dem legētibus uoluptatem afferat. Momū diximus Laudem unā Virtutis filiam cœpisse. adamare. Laude igitur ut potiretur: aīo destinarat nihil rerꝝ oīum p̄termittere. Ea de re ad obclusum tēplum circum astabat lustrans oēs aditus, undiq̨ repetens oīa, atq̨ pertentans. sed cum oēs eius haberi frustra conatus obiectis, firmatisq̨ templi portis intelligeret, pedem animumq̨ īde, quasi iactatum cœptam obsidionem dissoluens auerterat. sed cum inter discedendum iterato ad templum uersus constiisset, & suspirans rursus huc, atq̨ illuc suspexisset. orte neglectā positam fenestrā aīaduertit per ipsam hanc seu furtim, seu ui suos sibi fore petendos amores īstituit. schalas eo admouere loco, & publico, & hominum frequentia cicunsepto, cum difficile, atq̨

arduum, tum & pro re agenda erat haud quaq̃ tutiſ ſimuꝫ. Ergo iſthinc oculis ab feneſtra ipſa pendẽs, hinc uero aĩum in oẽs partes concitans plura deli-berabat, multa audebat, cuncta metuebat: furoreqꝫ libidinis agitatus ĩter ſpem, atqꝫ metum æſtuabat. At cum ſeſe collegiſſet, & memoria repetiſſet quid uelo ab Dea uirtute ſuſcepto poſſet, illico ſeſe hor-tatus ad murum templi uetuſtate aſperum adhære ſcere, & brachia multo ſurſum uerſus tendere, un-gueſqꝫ, barbamqꝫ ĩter lapidum iuncturas infigere, totis manibus, totiſqꝫ contendit pedibus, quoad in hederam uerſus ipſam ꝑ feneſtram arduus irrepſit. Illinc ubi aſpexit ſolam fortaſſis laudem matre, fra-tribuſqꝫ conſopitis in ſuis concinnandis capillis ad terſum templi lapidem quaſi ad ſpeculum aduigila re, præ amoris furore male ſui compos, & animo in oẽm audaciam percitus, quo ſe uertat, q̃d captet cõ ſilii nõ inuenit præter id, ut pronus, tacituſqꝫ ama-torii furti occaſionem preſtoletur. Iccirco muro ſen ſim diffluens, intenſis brachiis aĩo ſuſpenſus depen debat, quo in ſtatu, atqꝫ expectatione poſitus diffi-cile dictu eſt, q̃ & moræ, & ſui eſſet impatiens. Ad puellam. n. factus propior acrius flagrabat amoris facibus, alia ex pte, multa ueritus refrigeſcebat, atqꝫ contra miſcebat. Rurſus oĩa poterat aggredi Rur ſus item ſeſe, leuiſſima quauis oborta ſuſpitione re-uocabat, atqꝫ cõtinebat. iterato ad temeritatem exci

tabatur, iterato inter audēdum hæsitabat. ac ad om nes animi intento facinore cōcitatos metus nequie bat totis frondibus non titubare. puella Dea com motarum frondium leui tum primum allecta so nitu oculos eo defixerat. Mox ubi pēdentis ramos hederæ, & quasi plausu gestientes frondes conspica ta paululum a crinibus innodandis destitisset, suæ non oblita leuitatis uiridāti sibi ex palmite coronā facere aggrediebatur. Quid hic Momi audaciam re feram? Etenim sese attrectātem puellam totis lacer tis complexus oppressit, atq; oēm in partem, ne dis a somno excitatis, male, quod tētasset, uerteret, ocu los, atq; aures intentas, atq; arrectas porrigens per uicit. Mox se in fenestræ limitē retraxit, & illic pau lulum suos inde amores uictor, securusq; spectans constitit, sed uide quid faciat improbitas, plebei ali qui uilissimi scurræ, qd' nullos neq; Deos, neq; ho mines uereri, id demum in uita optimum cōmodis simumq; deputent, per hæderam istam ipsam con scendebant stuprandi, profanandiq; templi gratia, præhēsisq; hinc, atq; illinc ramusculis multa ui inixi in fenestram euadere elaborabant. qua ex re effectū est: ut Momus nō secus: ac per capillos distractus cum parte putrētis uetustate muri corruere coactus sit. Eam iniuriam Momus ægre tulit, iccirco in tor rentem uersus impudentes ipsos scurras fœtidam p cloacam traxit, atq; submersit. At uirtus Dea primo

reluctantis filiæ strepitu excita, ut erat ingenio acu-
tissimo, & consilio pn̄ti: optimū, oportunissimūq́
ex tpe consilium iniuit. qđ qdem doctissimi, pruden
tissimiq́ rerꝫ agendarꝫ in hanc usq́ diem cuncti cō
probauere. quam. n. rem ne facta esset poterat ope
nulla consequi tam uoluit ad pn̄tem suam, suorūq́
notā, & ignominiam ꝑmulgare, atq́ cōmittere for
tassis clamitando, ut ad unius filiæ acceptam cōtu-
meliam, nouæ etiā inimicitiæ in suos redundaturæ
accumularent. Itaq́ pn̄tis pro tpis iniquitate cōmo
dius ducit quasi ꝑ somnium dissimulādo, & obau
diendo quoad tempus ferat rei atrocitatem leuare.
Ergo prona despectat, tacitaq́ expectat qualem sibi
res ipsa exitum adducat. puella uero insperato Mo-
mi scelere exterrita uix dum aīos, crinesq́ collegerat:
cum se factam cōpressu grauidam, & partui matu
rā sentit. Eodēq́ ferme tpis mometō (mirū dictu)
sponte sua fœtum erupisse aīaduertit. post id qđ ex
se natum esset colligens monstrum horrēdum, te-
terrimūq́ demirans stupuit, atq́ uehementer indo-
luit. Monstro præter cætera fœta, & obscena illud
aderat longe incredibile, ꝙ totidem oculis, totidē au
ribus, totidem micabat linguis, quot & ipse parens
hederæ cōsertus fuerat foliis. Accedebat, ꝙ præ se eā
ipsam aī ferebat sollicitudinē, & curiositatē circūspe
ctandi, oēsq́ motus excipiendi, qua inter uitiādum
parens agitabatur. Illudq́ uehementius perturba-

bat, q̄ mira, & nimium intempestiua esset loquaci
tate præditum. Nãq; uel nascẽdo q̃dem conari uer-
ba cæperat. Tm̃ ex se natuȝ puella nõ odisse nõ po
terat. ea de re id opprimere oĩbus aggressa est modis:
sed frustra. Deo. n. Deaq; progenitum animãs mor
ti ne quicq̃ obnoxiũ uigebat. sed hinc, huc, illac, e
e matris manibus resultitare, suffugitare, rursus re-
pere per sinus, per uestesq; inter labi non cessabat.
Quin & plagis, ictibusq; collisuȝ uoce, corpore, ac
uiribus excrescebat. Aderat illic p̄p̄ exleuconicis plu
mis puluinar, quo sollicita puella uolutabile, inquie
tissimũq; id monstrum suppressans opprimere ini-
tebatur. At monstrum miris modis reluctans un-
guibus, dentibusq; ita puluinar collacerauit ut me-
dias inter plumas inserperet. Etenim tum istic puel
la intrudere monstrum iteꝝ, atq; iteꝝ ĩnitebat: quo
saltem si minus posset necare a suoꝝ oculis obde-
ret: atq; exponeret. In eo exequendo opere iam tuȝ
aĩs: uiribusq; defecerat. Tantis igitur casibus confe-
ctam puellã Dea mater dudũ cõspicata ingemuit.
Ergo ut puellæ tanto in discrimine opem afferret,
quasi tum primũ a somno expergefacta adstitit: ac
desine, inquit, ipsa expediam: graduq; citato prope-
rans dextro pede uolutantis monstri colla com-
pressit: Monstrum uero & si quasi irretitũ ne quic-
quam hisceret: uerborum tñ petulãtia insolescebat.
Quin & quæ audisset: uidissetq; nõ unquam uera

falsis miscens referebat. Triũphum.n. Trophæũq;
non uirtute natos, sed casus, fortunæq; filios, & eo
rum alterum esse stolidum: alterum dementem ad
iurabat. Hosq; irridens io Trophæe io Triumphe
uociferabat. Tuq; heus Trophæe quid ni uti asso-
les in Triuiis ad pueros: fessosq; uectores tete ostẽ
tans signis mutorũ more gãniens restitas? Adde-
bat & laudem oculo esse indecẽter Lippam. tum &
posteritatem pedibus retrouersis ægre pergere affir
mabat. Et ad Virtutem Deã uersus: cum tibi, inqt,
Laus capillum pectit ad frontem pectus gremiũq;
tuum multa conspergitur sordium fœditate. Mon
stri istiusmodi cõmota ꝑcacitate uirtus Dea aio re-
petebat: q̃ ferme oĩum dicacissimorũ sit natura: & in
genium: ut facile queant uetera negligere: modo no
ua ad obloquendum suppeditent: & eosdem memi
nerat recentibus in horas undeuis captis rumoribus
gaudere: spretisq; uulgatis historiis semp aliquid re-
tentis fabulæ captare. Quæ cum ita essent: bene cõ
sulta dea. abi tu. inquit: malã in rem fama: qñquidẽ
fari nõ desinis. Aliasq; tibi quas recites fabulas: ali-
bi compito: Atq; hæc dicẽs ꝑ quã fecisset Momus
fenestram furtum: per hãc monstrum eiecit. Fama
iccirco quo primum solutis mẽbris licuit eo repẽte
lacertos intentans se agitare, ac perinde sublimi pen
dere aere uolitando institit quoad e uestigio didicit
euolare tanta pernicitate: ut non radius: & umbra:
non oculi acies:

non oculi acies, nõ animi ulla uis, ulla ex parte unius ad istius celeritatẽ possit cõpari. Ferũt hãc unico tpis momento cãpos maratonios, leutricosq;, & Salaminas, & Thermopilas, & Cannas, & Traimenum, & Furculas, & scylleos scopulos, & cyclopea saxa, Idali asq; syluas, & herculeas gades & Byrsen, & Talas, & Athlantis axem, & ubi niueos Aurora Phœbo frenat equos, & ubi glaciali stridet oceano imersus sol. Omnia inq̃ hæc, & pleraq; omnia quæuis alia istiusmodi momento lustrasse famam. Accessit, q uisendi, auscultandi, referendiq; auiditate, ac studio flagrans, nihil uspiam tam seclusum: abditũ, obinuolutumq; latitabat: qđ ipsum Fama dea non continuo scrutari, renoscitare, uulgoq; propalare sũma industria, incredibili uigilantia, intolerabiliq; labore initeretur. Tam execrabile ex se progenitum malum intuens Momus, primum cœperat suspicari fore, ut pessime secum a dis ageretur Redibat in mẽtem, quale ab se foret in templo, præter deum, hominumq; ius, fasq; cõmissum facinus. Illud etiam perturbabat, q suorum apud diuos cõmodorum interpretem deam alienasset ab se audaci, temerariiq; libidinis scelere: & uerebat̃ ne maximo istius unius Famæ præconio magnoꝝ deoꝝ apud hoĩes ius, & maiestas inotesceret, atq; inde, & metuere, & uenerari deos credulum uulgus multo assuesceret. Sed alia ex pte erat, ut se recrearet, q itelligebat Famã, nõ quæ approbes modo, ueꝝ etiam & iprimis quæ improbes alioꝝ gaudere facta recensere, & adnotarat mortalium mores, qui qdem nõ tam recte, pieq; cuiusq̃ factis mo

ueantur, q̃ ut ex iis, quæ pro officio minus facta appare ant, grauiter offendantur, esseq́ hominum ingenium huiusmodi meminerat, ut graues etiã laudatores, atq́ maturos habeat suspectos. leuissimis uero obtrectatoribus ultro credat, & optimorum egregie facta minori cũ uoluptate audiat, q̃ perditissimorum, calumniasq́ ipsas pro cognitis exploratissimisq́ referat. ueris uero laudibus aliquid semper detrahat, atq́ īminuat. Adde his, quod totam hominis mirificam, diuinamq́ animi, ingenii, morumq́ pulchritudinem, & laudis decus, unico suspecto uitii næuo despiciunt, atq́ fastidiunt. Quæ cum ita essent, de re ipsa sic statuebat Momus fore, ut quo superum ferme inuenias neminem, cui non insint domesticæ aliquæ insignes, illustresq́ maculæ turpitudinis, eo nõ defuturum quin Fama rumoribus apud mortales deorum opinioni uehementer officiatur. Cæterum pro uitiata ab se in templo puella non difficilem apud se habere Iouem causam rebatur, eum qui amore captum se non neget, quippiam fecisse, in quo patris hominum, deorumq́ regis facta imitatus uideatur. Hæc tum secum Momus. At alia ex parte dea Fortuna uirtuti ob eam rem infensam, quod iam pridem constituendarum rerum apud mortales prouinciam affectasset, quod ue in ea re sibi deam uirtutem prælatum iri dedignaretur, tota se ad æmulam deturbandam apparabat. Ea de re, dũ quæq́ apud mortales agerentur, obseruat, sensit quale īterea esset terris obortũ īmane monstrum, cũq́ uisendis monstris maiorem īmodum delectaretur, & instituisset suas esse partes: Virtutis deæ cœpta, quoad in

se esset dirimere, læta ad terras applicuit co̅ueniendi Famam cupiditate, captandæq; ad lædendum occasionis gratia. Sed illico in rem sibi gratissimam incidit. Naq; Herculem quidem acrem, assiduumq; aduersus monstra per duellionem clauam manu librantem, totoq; innixu Famam petentem offendit. Ea de re substitit se cum ipsa, quid na̅ co̅silii caperet, pensitans. Multa offerebantur quæ sese perturbarent. inter quæ illud ĩprimis animo uersabatur, q͂ audiebat coram bacchantem Famam, & deorum facta, consiliaq; toto æthere explica̅tem. quas inter fabulas illud erat, aduentasse Fortuna̅ deam, ut Virtutis deæ cæpta interturbaret, & uirtute; instituisse in ara apud mortales focum succendere diuorum fla̅mam, quo mortalibus in astra pateret uia. Huiusmodi uocibus tametsi commoueretur Fortuna dea, tamen q͂ totis terra℞ montibus atq; conuallibus festiuissime resonaret, delectabat͛, accedebatq; ad uoluptate̅ monstri ipsius spe̅s informis, oĩq; corporis facie longe præter expectatiōem, opinione̅q; ostentuosa, ex quo fiebat: ut cu̅ monstri utilitatem odisset, tum & cuperet saluum esse: atq; illesum: At uero ubi p̄pe̅dit ip̄m Hercule̅ no̅nulla ex parte monstri esse p̄similem: non se continuit: quin hoĩem accursitans amplecteretur. Et quidna̅ hoc rei est: inquit: q͂ denso: grauiq; roboris tru̅co fretus tete fatigans: dura: & difficilia præmeditaris ĩ deo℞ genus? Num tu adeo igna℞ te rerum æstimatore̅ habes: ut qua̅ orone: rationeq; pollentem leui pe̅dere aere sentias: non eandem ex deo℞ progenitam genere intelligas? Hoc moneo, facilius quidem efficies:

ut qđ ipsum mortale sit, imortalitatem assequatur, q̃ ut qđ imortale siet, a mortali quoq̃ opprimatur. Tu pro inde quæ tuam in rem futura sint, dum & tua, & mea causa refero, auscultato ipsa, quo argumento te in deorum ordinem facile irrepas: edocebo, neq; erit ut foco, quem posuit in ara dea Virtus, tibi opus deputes. Hoc age, clauæ istius corticem delibrato, quo leuigato sis onere expeditior, teq; inter molles istas herbas obdito in umbra, illinc corticem agitans ostentato, & insibilato, & immugito, uocesq;, crepitusq; uarios personato. Dea, ut est rerum omnium noscendarum curiosa, confestim ad te properabit, illam tu saltu prehendito, atq; rapito. Ego, ne semel ea facta mãceps te discusso diffugiat, aureum hunc crinem tuum ad capillum ĩnecto. Hic robur neruis, & pectori firmitatem adhibebit. Vnum caue manu corticem mittas, ne te fortassis fœdato expetita cum preda aduolet Dea. Etenim successit Herculi res ex sententia. At cõplicitum ad mõstri collum toto amplexu hærentem Momus efferri in altum Herculem, ut uidit, non facile dici potest, quãtis utranq; in partem commotus animi perturbationibus extiterit, Principio non posse hominem ratus, tã immane pondus clauæ, suiq; una corporis molem diutius substinere, cœpit hortari filiam Deam, ut hostem audacem, & temerarium q̃ alte sublimem tolleret, quo collapsus casu grauius confringeretur. Sublatum uero ut uidit, iterum, atq; iteℛ cæpit efflagitare, ut abse discuteret, atq; dimitteret. Vt demum perpendit Herculem ipsum ad Martis usq; regiam aduectum in cœ-

lum, atq; illic in area Martis, seu fessitudine, seu cõsulte elapsum restitisse. Cœpit præ dolore capillum uellere, genas unguibus lacerare, pectusq; contundere, & magno cum eiulatu sese miserũ uociferare. Actum est Mome: inquiens, de te: actum est. Næ uero non mihi erat apud superos inimicorum satis, ni & is ex numero eorum, qui quidem seruo Acinacem, ut me confoderet, pbuerat, in cœlum me authore asportaretur. At uidere qdem iam uideor hunc artibus istis, qbus apud mortales assueuere assentando, blandiendo, & sese iactando apud minime malum illum principem Iouem triduo assecuturum, ut qui hic mulierculæ seruierit, illic regnum inter deorum principes ineat. Vel ego omnium stultissimus quid insaniui? quid alienas iniurias ad me recepi? quid mei capitis periculo nullis munitus copiis: exul, inuisus, male accæptus, sponte graues aliorum inimicitias subiui? quid mea intererat? num tacitus poteram mortalem Herculem immortali cum filia Fama luctantem spectare? Tu Mome, tu mortalibus in cœlum patefecisti uiam tua irarum impatientia, tu hostem in cœlo substulisti, & profecto in uita ita conuenit: Sapientem nullum habere stomachum. Vorandæ quidem sunt hominum iniuriæ, sed nostra intollerantia fit, ut quæ fortassis leuia ferendo essent, ea grauem, molestamq; in erumnam crescant male ferentibus. Itaq; nunc sapis Mome, nunc gratis philoso phabere. En mortales Cœlum petunt, tu exulas Mome. tu eiectus, exclusus, exulas. Et quanti est me esse non mortalem? cui nouis in dies molestiis congemi-

scendum sit? O dulcem laborum requiem mortalibus dono a dis deditam mortem. Sed quid: ego ita ne sum demens: non perpendo: q̄ pulchre: quæ putabam incō moda: ea sint meā futura in rem. Est ergo uti aiūt, sub metu uoluptas latitat. Quid igitur: te ne fugiunt hominum mores Mome? q̄ sint illi quidem ambitiosi: ꝑcaces: audaces? quotus erit q̄sq; istorum heroum: qui non & se quoq; cœlo dignum deputet? Hinc fiet: ut tā to ex numero nō paucissimi: qua ualebūt quidem fraude: quo poterunt dolo: quo licere sibi oīa putabunt: ex nouis excogitatis insidiarū artibus Herculem imitati cō sequantur. Da forte ut sint illi quidem uel duo in eas recepti regiones celicolarū: proh quantos discordiarū turbines conflabūt: Videre uideor ꝯlenos celicolarum cœtus seditione: malis istorum: & delatorum: & calumniatorum artibus. Hic demum apud mortales quantas clades: quantas urbium euersiones: quanta gentium excidia futura ītueor? dum Herculem imitari inter se studiis contentionis inflāmati ardescent. dum hi per ambitionem famam occupasse: hi contra per inuidiam occupantes interpellasse ferro: igni: uitaq; certabunt. Nūc me iuuat esse immortalem: nunc non est ut pigeat exilii: quandoquidem unam hanc ob rem refertum cadaueribus mare: cruentatas prouincias: fœdata astra flagrātium urbium fuligine uisurus sum: Gaude Mome. Itaq; hæc Momus: Atq; ut horum inter homines malorum quasi seminaria iniiceret: in Herculis speciem uersus ad proceres: qui de summis rebus consultari conuenerant composita oratione: cum multa: quæ ad rem

faciant: tum & qua sit ratione: & uia factus deus refert: seq; ut imitentur persuadet. Mox ut eos ad iram exe-quendam animis iam: & armis accinctos uidit: in auram conuersus euanuit: filiæq; dixit: ut hunc sibi ludum usurparet: mutuo sese his: atq; his proceribus ostentādo. Interea Fortuna dea: q̄ usui futurum arbitrabatur: ne quis uacuas Iouis aures ad inuidiam sui ob Herculis factum præoccuparet: docta q̄ in animum cuiusq; primas inscripsisse formas intersit: confestim ad Iouem institit, suadens hunc Herculis insperatum euentum optimam fore in partem accipiendum. Non enim aliq illustriori potuisse argumento deorum maiestas ad uenerationem: & metum deorum mortalibus monstrari: q̄ ut discerent olim se fieri posse deos. Dum hæc aguntur: Fama dea ab Hercule excedens studio uiscendi ꝓpinquas Iouis sedes petierat. huius tetro truculentoq; aspectu territi di toto cœlo tumultuauere: & qui modo Herculem ad se delatum egre tulerant: hi non modo ꝑcōmode hospitem appulisse: uerū & ab inferis arcessendum: ni adesset: arbitrabantur. At ꝑ maximi qdem īteresse asserebāt: quo duce cōtra īsueta: & imania mōstra dimicarēt. Datꝰ iccirco Herculi ferrea Iouis claua: Vulcani arte facta: qua mōstrum Famā penetralia oīa deorū lustrātem abigat. Hac fretus Hercules duellū aduersus congreditur. Fama armatū: acerrimumq; ꝑ duellionē nequicq̄ sibi expectādum statuens cœlo a sūmo se præcipitem dedit: atq; inter ueniēdum magno cum eiulatu uociferabat. Nos dis genitæ prius reiectæ cœlo: q̄ conspectæ ad infimas mortalium terras insontes pellimur.

facinorosissimi mortalium armis deorum ornantur, & pro tantis iniuriis illud rependitur, ut qui nos læserint, in deorum numerum ascribantur. Hæc dicendo Fama peruolãs noua, nefandaq; mortalium cæpta offendit. ea de re ad matrem cæteris omissis rebus quasi temulenta, ingenti alarum stridore aduolat, magna uoce referens, qđ uiderat, ac uociferans, fugite hinc Deæ, heu fugite, nanq; proci, amatoresq; mortales uim inferre parati ad templum aduentant. Adsunt armati, ut ui de cœli possessionibus paciscantur. His cõcussæ uocibus Deæ, armatorumq; strepitu subaudito, furentiũ ĩstiusmodi motibus insuetæ, quo se uertant nõ reperiũt Itaq; intus trepidatur. At foris circum ad templi portas tumultuatur. ipsa dea Fama fremitu uirum attundit. Et.n.fit hinc refractis uectibus armatorum irruptio in templum. Hinc perterritorum Deorum adolescentulorum ad matris gremium eiulatus. Mater Virtus ne se ita uestibus comprehensam, detentent, admonet, seq; una inde q̃ ocissime in quippiam rerum uersi proripiant, sollicitat. Illi cum hebetes, tardiq; natura, tum armatorum aspectu animis consternati, hæsitabant. Dea uero Virtus, & mortalium audacia, & suorum ignauia irritata: maximo Deorum uoto imprecata est, ne desidibus post hac in cœlum uspiam aditus pateat, atq; ignauis dis, nisi unã liceat in formã uerti. His peractis execratiõibus in fulgur uersa emicãs euolauit. Laus Virtutis filia pallio amisso leuẽ in fumũ uersa hos, atq; hos sui ꝑhensatores occecatos reliq̃t. Momus nefastũ, tetrũq; mortalium scelus cõspicatus, nequiuit non facere quin

suorum temporum

suorum temporum similitudine cõmotus trium reli-
ctorum in templo deorum uicem ingemisceret. Ergo ut erat in auram uersus, in templum ad diuos conte-
stim peruadit, rogatq; se uertant in quampiam rẽ: quo se in libertatem uendicent. Consulentibus diuis in hominem, ne quo raptis insultantium armis strage, & occidione infestos occiderẽt. Et sic opto inqt Momus: ut quo acinace ipsum me petierint, eodem cadãt. Vos tamen quid uis fieri uelim, q̃ homines. nanq; in terris nihil est homine, qđ uiuat, durius, quin & animantis cuiusq̃ personam ne induatis admoneo. Nãq; mortale qui induerit corpus, cum multa offendet incõmoda, tum illud graue, atq; iniquum urgebit, qđ sui ferre carcerem oportebit. Hæc Momus, at negauit triumphus admodum se absq; corporis cõmertio, quo uolu ptatibus perfrueretur, uelle degere. Iccirco in papilionẽ se uertens attrectãtium, admirantiumq; e manibus lubricis alis delapsus euolauit. Tropheus uero, ut erat corpore uasto, ĩmane in saxum uersus aliquot eorum, qui manum ad se attulissent, suppressit. Puella dea Posteritas pro dignitate, & temporis necessitate rectius consuluit, in eam enim se uertit deam, quam quidem Echo nuncuparunt, quæ cum ita essent frustrati mortales non sine rixa ereptum laudi pallium horsum, istorsum q; carpendo collacerarunt, & minutissimas in particulas, ut casus tulit, conscissum diripuerunt.

H


Vas perturbationes Momi exilium apud mortales excitauerit, hactenus recensuimus: nũc dicendum qua rõne ab exilio in Iouis gratiam restitutus fuerit: & q̃ nouis inauditisq; perturbãdarũ rerũ artibus pene ultimũ in discrimen deos, & homines, & uniuersam orbis machinam adduxerit. Atqui erit quidem operæpꝛ̃cium legisse q̃ uaria, incertaq; consilia: q̃ insperati, inauditiq; rerũ euẽtus, q̃q; frequentes, & digni memoratu sint casus subsecuti, ut nesciam, ipsa ne me rerum dignitas, & magnitudo, & copia plus abscribendo, dum ingenio diffidimus, absterreat, q̃ historiæ amœnitas ad scribendum uoluptate illectet, atq; inuitet. Dices de Momo quicqd hucusq; legeris, fore nulla ex parte comparandum cũ iis, quæ deinceps cõsequentur. Nam cum authore Momo cæpissent puellæ ab superis dis leuia primum: & pusilla poscere, quod solent amantissimi patres blesis puerulis, & delicatis filiolis poma, & similia poscẽtibus tradere cum uoluptate, & risu: ita & dis iucunda erant puellarum uota illa ridicula, dum aliæ, ꝙ pingulentæ essent, aliæ, ꝙ nimia macritudine non placerent, aliæ, ꝙ aliud quippiam ad speciem liberalis formæ desiderarẽt, Id simplici quadam animi puritate deprecarentur. Et quo erat facile obsequi, eo & dii benigne conferebant. Hinc desumentes ꝙ huic alteræ puellæ cõtribuerent. Ac manauit quidem res pari deorum facilitate usq; dũ

patres, maioresq; natu facere & ipsi uota accessere, sed primo iusta, atq; ea quidem eiusmodi, ut facere palam medio in foro amicis (ut aiunt) inimicisq; probantibus deceret. Ergo ab Dis sponte, ac uolentibus audiebantur. Accessit item ut reges, ditissimæq; respub. uotis deos poscere assuescerent. principio hominum hæc aduersus deos & ueneratio, & cultus adeo fuit accepta superis inuenti nouitatem mirifice probantibus, ut nulla in re libentius uersarentur, q̃ in uotis mortalium benigne suscipiendis, perquisitoq; iccirco, atq; cognito huius tam gratæ rei authore cũctorum animi ab eo, quo erent: erga Momum præditi, odio, ad misericordiam fuere, atq; ad beneuolentiam conuersi. Hinc summo omnium consensu, & sententiis fit amplissimis uerbis de reuocando Momo lex, constituunturq; legati, Pallas dea, atq; altera Minerua, quæ quidem optimæ de deorum genere promeritum Momum: q̃ honorificentissime suas in pristinas sedes ad celicolarum ordinem reducant, atq; restituant, & datur inclusus gemma sacer ignis deorum, quo diuinitatis insigne apicem inflamment, ad uerticemq; adigant reduci. Recusarat Pallas uelle ad mortales accedere, nam eos quidem armis posse, & animis ualere audierat. Tandem Imperio Iouis, & amicorum suasionibus uicta sumptis thorace, & armis parere instituit. Vix dum rogata erat apud superos lex Eccam Famam alis stridentibus properantem ad Momum anxiam. At qui: uti est eius natura: ueris falsa immiscere: & omnia tametsi pusilla, dicendo reddere grandiora, parẽti nuntiat tumultuari

apud superos parari maximos motus iam cœpisse, de
labi cœlo armatos deos, quam rem audiens Momus
flagitiorum suorum conscientia exagitatus, atque æstuans
procidit. Vexabat animum quod uiolatos ab se fore opti
mi, & maximi deorum imortalium regis legatos memi
nisset, quo suæ detestabili scelere omne cælum in se in
festum, iraque incensum arbitrabatur, & tantos irarum
impetus perferre diffidebat. Ea de re maximis precibus
agit apud filiam, uti quo ad in se sit deos ipsos aduentā
tes interpellet, atque frustretur, quo sibi & captandi con
silii interea, & delitescendi locus detur, si forte liceat fal
lere subterfugiis: Fama, ut parēti obtemperet, aduolat.
Momus uero difficile dictu est, quam oēs in animi pertur
bationes iactarit se, atque agitarit. multa inchoabat con
silia, cuncta displicebant, omnia temptabat, nihil non
aggrediebatur, quod ad opem, atque salutem suam facere
suspicaretur. Alia ex parte singulis diffidebat, locisque, re
busque quicquid inerat consiliorum repudiabat, nihil fu
it formæ, in quod uertere se non affectarit. Tantis curis
confectum Momum Fama rediens recreauit. Nam bo
nis cōmodisque usurum te dis Mome annūcio: inquit:
&: quod minime reris: pacem, gratiamque afferunt, & una
sacrum deorum igniculum ad te dono deferunt. Id cū
ītellexisset, & si ueteris cum dea Fraude inimicitiæ me
mor uerebatur, ne quid doli ad se intercipiendum im
portaretur, tamen quod abscōdendi sui nullus, aut locus,
aut facultas dabatur, dis superis omnia spectantibus,
quodue tædium sui ferre diutius dedignaretur, in quoscū
que sibi essent parati casus precipitem obiicere se admo

dum festinabat. Ergo ultro progredi, animumq; alio- qui labefactatum, atq; prostratum erecto uultu, fictaq; hilaritate integre, & de seipso quid sentiat habere al- ta reconditum dissimulatione instituit. factus inde ob- uiam, cum se mutuo salutassent, atq; ex legatorum uul tu, uerbisq; plane, atq; aperte intellexisset præter spem se ex omnium rerum difficultate ad superum delitias euocari, exq; diuturnis tenebris miseriarum suarum in summum, illustremq; pristinæ dignitatis gradum assu mi, amens factus repentino gaudio, quibus uerbis pro animi libidine congratularetur, nō habebat, sed pre læ ticia prope delirans multa dicebat inconsiderate, inter- q; illud ex ore incōsultum excidit: ut diceret, siccine Mo meq; apud mortales aiunt: omnes ab exilio ad impe- rium ueniunt? Quod Momi dictum Pallas (ut sunt mulieres ad suspicandum pronæ, ad peruersa intetpre- tandum faciles, ad nocendum paratæ, & procliues) al- tiori discursu pensitauit, q̄ ut id ulla uultus, frontisue significatione indicaret. Sed tacita profundo pectore Momi naturam, atq; improbitatē uersans statuebat: neq; Iouis, neq; superum rationibus cōuenire, ut huic nequissimo ueteris iniuriæ proculdubio memori, & in nata consuetudine improbitatis ad omne genus auda- ciæ promptissimo id cōferatur, qđ magnas, grauesq; res agendi potestatem, & facultatem præstet. Repete- bat item cum cæteras, tum has rationes Pallas, ut suo cum animo diceret, nos quidem debilitatum exilio, & fractum erumnis, hunc monstrorum ꝓcreatorē ægre sustinuimus, quid tum uerum, ac superum donis con-

firmatum,& integrum nullo cum periculo sustinebi-
mus?quid illud aut quanti intererit diuini muneris spe:
& expectatione Momum a furore cohibere, q̃ prom
ptum:& in flagitium accinctum: excitatumq; impel-
lat? Vel quis erit iniuriis:atq; imprimis exilio lacessi-
tus: qui non uindicandi sui præstari occasionem cu-
piat?Et quis erit uindicandi sui cupidus: qui non per-
ficiendi facinoris proposita spe: & facultate omnia ag-
grediatur?His rationibus mota Pallas: ut commodi-
us rem totam cum collega definiret: edicit Momo ut
sese interea ad fontem Helicona comparet: atq; ornet:
quo posito squallore honestior ad consultaudum su-
peros redeat. Misso Momo cum satis deliberassent,
inter se decernunt deæ fore id Iouis consilium: ut ma-
ture uideat, q̃ e republ. deorum deputet, Momum
uersari insignem inter celicolas: atq; munitum sacro
deorum igniculo, ni prius peruersi: indomitiq; animi
rationes perspectas: & cognitas habeat. Momus ubi
solus lauat hæc secum animo cœpit deputare. Olim:
q̃ tristem personam gererem illam: & seueram tetrico
incessu: truculento: & terribili aspectu: uestitu aspero.
barba:& capillo subhorrido: atq; inculto: q̃ supersti-
tiosa quadam seueritate multo supercilio: multaq; fron
tis contractione gestiebam:q̃ me contumaci quadam
taciturnitate:aut odiosa obiurgandi: mordendiq; acri-
monia publicum terrorem omnibus offerebam:me-
rito nullis eram non inuisus: atq; infensus. Nunc ue-
ro aliam nostris temporibus accommodatiorem per
sonam imbuendam sentio. Et quæ nam ea persona

erit Mome? nempe ut comem: lenem: affabilemq; me exhibeam. Item oportet discam præsto esse omnibus: benigne obsequi: per hilaritatem excipere: grate detinere: lætos mittere. ne tu hæc Mome ab tua natura penitus aliena poteris? Potero quidem: dum uelim: & erit: ut uelis. quid ni spe illectus: necessitate actus: propositisq; premiis ipsum me potero fingere: atq; accommodare his: quæ usui futura sint. sequere Mome. nanq; abs te quicquid uoles impetrabis: & quæ tute tibi non negabis: ea tu quidem omnia perquam pulcherrime poteris. Quid tum igitur ne uero nos insitum: & penitus innatum lacessendi morem obliuiscemur? minime. uerum id quidem moderabimur taciturnitate: pristinumq; erga inimicos studium noua quadam captandi: lædendiq; uia: & ratione seruabimus. Demum sic statuo oportere his: quibus intra multitudinem: atq; in negocio uiuendum sit: ut ex intimis præcordiis: nunquam susceptæ iniuriæ memoriam oblit erent. Offensæ uero liuorem nusquam propalent: sed inseruiant temporibus simulando: atq; dissimulando. in eo tamen opere sibi ne quicquam desint: sed quasi ĩ speculis peruigilent captantes quid quisq; sentiat. quibus moueatur studiis: quid cogitet: quid tentet: quid aggrediatur: quid quemq; expediat: quid necesse sit: quos quisq; diligat: quos oderit: quæ cuiusque causa: & uoluntas: quæ cuiq; in agendis rebus facultas: & ratio sit. Alia ex parte sua ipsi studia: & cupiditates callida semper confingendi arte integant.

uigilãtes, solertes accincti, paratiq; occasionem præsto lentur, uindicandi sui præstitam ne deserant, sempiterne sui sint memores, nunq̃ aduersariis parcant, nisi cũ uelint grauius lædere: arietum more, qui quidem abscedendo impetum concitant, quo uehementius impetant, mulctandoq; inimico re q̃ uerbis, facto q̃ ostentatione insistant, fronte, familiaritate, & blanditiis iram animi operiant, omnium sermones æque esse insidiosos deputent, credant nemini, sed credere oĩbus ostendant, nullos uereãtur, sed coram quibusq; applaudere, atq; assentari omnibus assuescant. Qui se sic instructum, paratumq; exhibuerit, uulgo habebitur frugi, seruabitur apud doctos, metuent omnes, obsecundabunt, idq; præsertim, cum te uiderint quasi ex commẽtariis omnem eorum uitã ad unguem tenere, alioqui si ipsum te neglexeris si cesseris petulantibus, si pertuleris irritantes, fiet ut immodesti in te idies insolentiores reddantur, tua patientia, fiet item, ut procaces tumulenti, quæ quodam modo ad te unum uexandum illectentur, sed quid plura, omnino illud unum iterum, atq; iterum iuuabit meminisse, bene, & grauiter fucare omnia adumbratis quibusdam signis probitatis, & innocentiæ, quam quidem rem pulchre assequemur, si uerba, uultusq; nostros, & omnem corporis faciem assuefaciemus ita fingere, atq; conformare, ut illis esse persimiles uideamur: qui boni: ac mites putentur: tametsi ab illis penitus discrepemus. O rem optimam nosse erudito artificio fucatæ: fallacisq; simulationis suos operire: atq; obnubere sensus. Hæc Momus. At Pallas: &

Minerua

Minerua interea constituerant Iouis arbitrio relinquere, ut prouideret turbulento ne, & concitato ad omne facinus Momo deorum sacrum insigne cōmodent, uerum interea exulem per quā benigne cōueniunt. multa spe confirmatum hortantur, ut malit summi deorum regis, q̄ legatorum manu diuinitatis insigne suscipere. Nullam recusat Momus conditionem, modo ab terrarum incolis diffugiat, & quam quidem ipse sibi personam gerere imperarat, in præsentiarum apud legatos belle, ac sedulo initam agit. quadam enim simulata simplicitate, & bonitate cæpit collachrymari, & acclinato uultu inquit, Se quidem non ignorare, q̄ intersit maximi, optimiq; deum regis manu ornari se, atq; restitui, fateri quidem tantorum se putare munerum esse immeritum, daturum tamen operam, ut Ioui, cæterisq; dis quoad in se sit pspectum, & cognitum reddat se, neq; in memorem esse, neq; ingratum accepti beneficii, idq; sperare se assequuturum. quandoquidem agendo recte omnem expectationem bonorum de se longe superare instituerit, & fracturum inuidorum, inimicorumq; erga se conatus, & impetum patientia, atq; rebus his omnibus, quibus ad gratiam, & beneuolentiam detorqueat flectantur. se quidem longa perdomitum calamitate, atq; erumnis confectum didicisse perpeti aduersa, & facile, moderateq; ferre, si quid forte suam præter sententiam, & uoluntatem exciderit. Quibus rebus fiat, ut possit non inuitus illatas iniurias ad se non recipere, & suscæptas funditus obliuisci. Demum cupere, & ad fœlicitatem putare id sibi ut

detur locus, quo melioribus, & bene cõsulentibus pa-
reat, atq; obtemperet. Itaq; hæc Momus cum orna-
te, copioseq; disseruisset, qui ceperat esse ueterator ficto
uultu suspirans, & quid agimus, inquit. Abite uos di-
gnæ cœlo deæ, ac redite ad uestras delitias, sinite mise-
rum, & infœlicissimum exulem, uersari in sordibus,
& squallore: sinite me in luctu, in solitudine degere, &
calamitatem, qua oppressus, obruptusq; sum, ferre.
quandoquidem & tanta est, ut ad miseriam addi nihil
amplius possit. Hic deæ quidem permotæ misericor-
dia multa ad consolandum prosequutæ medium inter
se Momum excepere, atq; ad superos adduxere. Ad Io-
uem igitur cum appulisset Momus, pro suscepta assen
tatoris persona regis genua amplexatus, ueniamq; &
pacem compositis uerbis deprecatus, non uti concu-
pisset exceptus extitit benigne ab Ioue. Nam aduersus
Phœbum factus iratior Iupiter intumuerat, & ad re-
darguendi Phœbi, q̃ ad salutandi Momi causam erat
occupatior. At miser Momus rerum istarum ignarus
suas rationes male iniri apud superos exordio interpre
tatus penitus concidit, & quo se uerteret non inueni-
ens quasi indicta ad iudices die reum se accitum, atq;
adductum putare, & pro capite causam meditari, quo
dicendi genere culpam ab se suorum scelerum amoue
ret, quibusue deprecationis, commiserationis locis Io-
uem mitigaret secum ipse commentari occeperat. Inte-
rea qui ab Ioue scrutatum missus fuerat, Mercurius re
diens refert, Phœbum ipsum illico affuturum, neq; q̃
inimici calumniis insimularant, aut Auroræ illecebris:

& amoribus detineri, aut suam per superbiam exequi officium dedignari, uerum immani quadam uotorum phalange obiecta interpellari, quominus ad regiam Iouis arcem pro uetere more, & consuetudine, ut assolent di singulis diebus regem consalutatum, & ueneratum ascenderet. Hic Iupiter remissa frontis seueritate in Momum uersus. Nos inquit uota istæc tua Mome, ni modus adhibeatur, obruent, dictisq; paululum conticuit. At Momo ad Iouis dictum illico in animu; induxit, ut faceret coniecturam se aliquid turbarum suis uotis conciuisse, idq; cupidissimo rerum nouarum iam fuit uoluptati, ut non potuerit non obliuisci mœroris sui, conceptamq; animo læticiam nequiuit non propalare. Secundo enim optatissimoq; flagitiorum suorum successu gestiebat, atq; intra se, peream aiebat, ut lubet modo qd' uidere uideor hic aliquid læserim. Interea Iupiter ad Mineruã, Pallademq; uersus, inquit, quin & Virtutem una uobiscum reduxistis? quid ea? quid rerum agit? Hic deæ se quidem pro uetere legatorum more curasse in sua profectione aliud nihil respondere, præter unum id cuius gratia proficiscerentur. at satis quidem se superque habuisse negocii in uno Momo peruestigando, qnando ut miseri, calamitosiq; faciunt, in solitudine, & squallore abditus latitaret. Cæpit ergo Iupiter de Momo sciscitari, Virtutem ne apud mortales uiderit. Hic Momus dura suspitione perculsus, ne quid ea interrogatio ad fcm̃ ab se uitium spectet, expalluerat, & obmutuerat. Sed breui sese colligens obducta ad spẽm comiter fidẽtis frõte

subridens, num tu o dignissime deorum princeps quae apud mortales in dies gerantur, inquit, ignoras? Mitte, inquit Iupiter, quae norimus, dic qd' rogare. Tum Momus iterato titubare, & quo ea spectent uerba dubius expauescere. Sed iterato ab Ioue admonitus, ut responderet sui memor ad belle initas artes dissimulādi rediit. Atq; inquit Mercurius, qui omnium solertissimus est (siquid eum noui) ubi ea consideat tenet. qui quidem non iniuria dearum pulcherrimam Virtutem unice amet, & dulces amores tuos, o Mercuri q̄diu sines abs te abesse? Hic Mercurius cum arrisisset, asseuerauit, seq; Iouem, deosq; reliquos omnes adeo fuisse hac una uotorum cura perpeditos, ut nullis rebus praeterq̄ uotis uacare occupatissimis dis licuerit, & putare se quidem optime consultam deam a tantis reruȝ agendarum molestiis secessisse. Momus hac de re iterato recreari, iterato efferri ĩcredibili gaudio, & cum Virtutem deam uideret apud Iouem, deosq; desiderari, ut erat mirus admodum redditus ueterator eleganti uocis, uultus, gestusq; artificio totum se ad fingendum comparat, & superiorem illam, quam recensuimus historiam refert de suis perpessis rebus, sed ita ut, dum mortalium exprometet scelera, tum quidem maxime hominum causam tueri, & erratis uelle ueniam impetrare diceres. Etenim aliis ex fabulis insinuatione adducta eo deuenit, ut quasi non ex proposito, sed ipsa ex re admonitus in id incideret, ut enarraret irrupisse proceres in templum, tumultu exterritos Adolescentulos deos a mr̃e restitisse, uariasq; in formas uersos sibi a cō

sceleratorũ temeritate, & audacia cauisse. Subinde an nectebat, se quoqꝫ grauissimis iniuriis affectum, & me dia deperdita barba diffugisse. Itaqꝫ his admodum ra tionibus nihil prætermisit quod ualeret ad odium ad/ uersus homines excitandum, in eoqꝫ omnem uim ora tionis exposuit, ut indignissime factum id dii statuerẽt Confabulantem Momum Iupiter audiens, & hi qui aderant di nimirum commouebantur, cum cæteras ob res, tum ob iniquam, indignamqꝫ Virtutis deæ ca lamitatem. Alia ex parte non poterant non facere quin in cachinnum irrumperent ridiculos Momi casus in/ telligentes. Quos cũ ita uidisset affectos Momus. q̃/ tum ista in re, inquit, quam dicturus sum, ualeam pru dentia uestrum erit iudicium. Ego ueto sic de meipso testor summa fide adduci, ut hæc referam. Tibi qdem o rerum conditor Iupiter omnia probe, & preclare fo re constituta sentio, quæ quidem ad imperii decus, & ornamentum faciant, ni forte illud/quantum uidere li cet/desit, ꝙ quæ apud mortales agant, habes neminẽ, qui ad te referat, & eam gentem mihi crede minime neglexisse oportet. Cum hæc dixisset, Iupiter secum ip se suspensus innuens affirmauit, uni se huic rei cupere prouidisse. Sed in tanto suorum numero ægreferre qđ haberet neminem ex animi sui sententia, quem uolen tem, & ad rem exequendam non ineptum possit mit/ tere. At habes quidem, inquit Momus, cui recte: ac tu to eam demandes prouinciam, ut promptiorem, accõ modatioremqꝫ dari, si optes, nunq̃ alibi inuenies. Ha/ bes enim ex me natam Famam omnium peruigilem,

& qd ad rem conferat celerem pedibus, & pernicibus alis, ut nihil supra. Tum est illa mei quidem cupidissima: atq; obseruantissima: ut hoc tibi spondeam pro accepto abs te beneficio: eam quæq; imperaris, mea præsertim causa mature: summa fide, & summa diligentia executuram. Habuit Momo gratias eam ob commonefactionem, & pollicitationem Iupiter. Ergo Momus hoc pro beneficio, inquit, si beneficium: potius q̄ officium id supplici, & calamitoso Momo putandum est: peto a te benignissime Iupiter, ut si qua in illa procreanda forte uideat amorum culpa obnoxius: eam ereptæ barbæ doloribus compenses. Risere: atq; re cognita indulsere. Hunc risum intercepit iratæ Iunonis aduentus. Nam dum apud Iouem sic confabularentur: euenit ut Pallas: Mineruaq; sese e corona subriperent. Iunoniq; ut gratificarentur: abscederent: q̧ Iunonem: & in Momum esse infestam: & ueterem contumeliam meminissent. Qua de causa sacrum deorum ignem inclusum gemma reddere Momo destitissent: edocuere. Illis ea de re collaudatis Iuno ad Iouem irrupit ardua: irarum impotens: toruo aspectu: atq; illic habere quidem se inquit quippiam: q̧ de rebus maximis cupiat conferre. Ammotisq; arbitris sic orsa est. Et quid nam esse causæ dicam mi coniux: ut fieri te in dies: etiam maioribus in rebus negligentem intuear? Piget ne te Iouem esse? pudet ne te Regem haberi? & omnia licere ex arbitrio? qui tibi paratum imperii emulum induxisti. Vel quid nam

fuit causæ: ut quam tu rem fastidias: eius tu rei autorem improbum: & factiosum probes? inimicos: eosdemq; abiectissimos ornabis, tuos uero: quoad in te sit: omnium esse indecentissime accæptos uoles? exctorres: proscriptos: pessimeq; de deorum genere meritos: & inuitos in cælum accerseri iubes? Me uero: quæ te: quæ Iuno: measq; preces respuis? tu ædes auro: tu fores: tecta: gradusq; auro: aureas columnas: aurea epistilia: parietes auro: gemmisq; pictos: ac redimitos quibus uisum est: condonasti uxore præterita: atque neglecta lautissimas ædes illi incolunt. At & quinam? Mercurius deorum scurra: & temulentus mars: & pellex Venus. Infœlix Iuno: despecta Iuno: o nos miseras, a nostri coniugis beneficentia excludimur. Adde q; & nostras sedes: quas hinc reiectæ incolebamus: cum essent nulla re alia: præter puritatem: & sordium uacuitatem honestæ: tu amantissime: tu coniux replesti fœdissimorum uotorum obscœnitate. Me dignam profecto hac mea in te perenni Fide, & Constantia, in quam istarum purgamenta reiicias. Sed liceat deorum Regi ornare quos uelit, ac uelit quidem publicum odium istum nepharium: & conscelleratissimum Momum ad se recipere Regni consortem facere: sui: & suorum oblitus. Aulas uxoris ita fœdari uotorum illuuie patiatur: ut uel iumenta Phœbi ea subisse respuant, ac pro fætore horrescant. Sed non hic committam amplius: ut frustra apud obstinatũ aspnatorẽ graues meas iniurias deplorem. Satis obtudi aures tuas Iuppiter satis frustrata sum. Ecquid iuuat æternum poscere: quod semper negetur: ni forte stu-

deas ut continuo aliquid curarum ad ueterem dolorē accūmodes? Non rogabo, non profecto prosequar, ut qua in re tibi sum uoluptati, dum nostram importunitatem floccipendis, & omnia negas deprecanti, in ea mihi sim grauis nimium rogando. Tu sequere negando, & aspernando iam, quæ ultro erat officii tradere. Sed si p te liceat, age dum num illud oportuit, cū aliorum commodis etiam infimorum, tam multa contulisses. hoc etiam animaduertere ne indecentius uxor, q̄ cælicolarum infima plebes habitaret? Et quāti erat elargiri uxori ab Ioue optimo: & maximo non sine lachrymis precanti, qđ indignissimis ultro erogasti? quid si maiora expostulauissem, nihilo enī plus rogabamus dari q̄ ut ad ædium nostrarum ornatum uota mortalium, quæ essent aurea cōmodares. Idq; tādiu supplex, orans, obtestans, coniunx tandem abs te haud usq̄ potero exorare? Mi uir semp ne eris in Iunonē durus? q; si te mea in causa nequeo flectere, at mi uir illud liceat admonuisse tua presertim causa, ut uideas quos ad te recipias, quibus credas, cui cōmittas, teq;, remq;, maiestatemq; imperii tui. Hunc tu Momum si satis noris: etiam atq; etiam quæ cōmonefeci pēsitabis. Hæc Iuno. cūq; unas, & item alteras lachrimulas tenui uelo abstersisset, quæq; de Momi animo, erga Iouem uereretur, subtexuit, & omni dicendi, qua poterat, arte grauissimos infigere aculeos suspitionem elaborauit, subinde iterato ad uota expostulanda orationem deflexit. Cui Iupiter. Esse & ego quid hoc dicam causæ, inquit, o coniux, qđ nunq̄ te non iratam offendo? Dolet me

tui, & curarum

tui & curarum tuarum, quas nimirum esse alioqui le-
ues, sed ad te sollicitandam plus satis graues intueor.
& quid agis Iuno? semper ne sic nouas res aucupabe-
ris, & captabis, quo me uexes? quid est q̧ me tibi pur
gem? Aurea dixisti uelle habere uota, ut coædificares.
An parum tibi apud nos suppeditat ædium ubi splen
dide, lauteq́ habites? ni & nouas tibi arces construas?
Sed uinces coniux, habe tibi uota aurea. cape ab ob-
stinato frustratore, quæ imperas. tu modo ne nobis
istas leges imposuisse prosequare, ut quæ facta uelim,
tu reddere infecta cures. pone tuas istas, malo suspitio-
nes dicere q̃ simultates, deq́ Ioue post hac sperato me
liora. Ne enim adeo me Iouem esse oblitus sum, ut nõ
prius quæ facto opus sint, mediter, q̃ facta uelim. tum
& quæ me deceant, ita prospicio, ut nusq̃ mei me pœ
niteat consilii. Negligentis potius esset, atq́ inconsulti
leuium suspitionum occursu, q̄bus omnia referta sunt:
ab instituto deiici. non tamen hinc est, ut me admone
ri abs te feram moleste. sed defatigari ambagibus dela
tionum, ut cumq́ id fiat, stomachor. Tu contra æque
Iuno admonentem Iouem ne despice. hoc est quod
abs te impetrasse uelim, q̧ item frustra æternum peti-
ui, ut cum parere didiceris Iuno, tum eorum, qui im-
perent, consilia, & gesta pensites, atq́ corrigas. interea
quæ tua fieri causa, uoles & Iuno, & coniux Ioue au-
diente, uolenteq́ assequere. Itaq́ hæc Iupiter & in ea
re consulto commotior uideri multo uoluit, q̃ esset.
Id quidem cum ut coniugis uehementiam retunde-
ret, tum Palladi pro non executo in legatione imperio

honeſtius ſuccenſeret. Ac fuit quidem ea de re indicen
do uſus uoce ita elata, ut a corona deorum, qui tum
ſemoti aſtabant, exaudiretur. Miſſa ab ſe Iunone ua-
ria ſecum ipſe de uxore repetens conticebat. Cæteri dii
uelut attoniti ob regis iniucunditatem obmutuerant.
ſed tulit caſus, ut Momi quodam facto inſperato Iu-
piter, unaqꝫ dii omnes ad riſum excitarentur. Namqꝫ
Iunone apud Iouem, quæ receſuimus, diſputante: Mo
mus de Mercurio interrogarat, quid nam id ita eſſet,
cur phœbum ad Iouem ſalutandum proficiſcentem
uota interpellarint, cui Mercurius in hunc modum re
ſponderat. Mortalium ꝗdem uota cum multis de cau
ſis, tum ꝙ plena uenirent ineptiarum, ut erant aſper-
nanda, ita aſpernabantur, ea de re Iupiter, diiqꝫ omnes
iuſſerant ab his celicolarum ſedibus expurgari, atqꝫ ex
cludi, ut maiora omittam, in uotorum numero erant:
quæ naſum aduncum, oculoſqꝫ perturgidos: ſtrumam
ue informem emendari expoſtularent, eoqꝫ deuene-
rat res, ut qđ longe faſtidias: acu, aut fuſo amiſſo uo-
tis deos poſcere auderent: ſed hæc erant læuia, illud
erat grauius, ꝙ: quo erant uota ipſa, plæraqꝫ omnia
referta, odiis, mœtu, ira, dolore, & huiuſmodi pu-
tridis, corruptiſqꝫ peſtibus, quæ hominum pectori-
bus immerſæ hærerent, eo aulas omnes cæli obſcæ-
na, tetraqꝫ odoris fœditate, & nauſea complerant. Il-
ludqꝫ in primis ſuperi abhorrebant, atqꝫ execraban-
tur, ꝙ inter uota comperiebantur, quæ parētum, quæ
fratrum, quæ liberorum, uiriqꝫ, inprimis necem, atqꝫ
interitum expoſcebant. Quid & quod magis oderis

uota audebant facere, quibus urbium, prouinciarum-
qꝫ ultimum exitium, atqꝫ excidium flagitarent. ſed an-
ceps, & diutina fuit deliberatio, cuncta ne uota cælo
exterminarent, atqꝫ reiicerent. Vicit tamen eorum ſen-
tentia, qui aurea retinenda conſulerent, Nunc hoc ſuc-
ceſſit incommodi excluſis uotis, ut multa uotis poſce-
re mortales aſſueti, uotis uota dum non audiuntur ad
dere non ceſſent. Quo fit, ut incredibili uotorum ui
æthera occupent. Votis Phæbo uia intercluditur, uo-
tis Iunonis area conſternitur. ipſi deniqꝫ inter ſe di uo
torum gratia graue inire certamen parati ſint. Ergo tu
Mome his tuis inuentis omne cœlum, omnes celico-
las exerces. Hanc Mercurii orationem Momus audiẽs
non potuit ipſum ſe continere, quin præ animi læticia
in maximum cachinnum irrumperet, ita ut omnium
ora in ſe converteret. At rogatus quid ita inepte riden
do inſaniret, illico uerſipellis ſe recipiens, inquit: ſane ri
deo, mercuri, ꝙ aiebas mortales uotis poſcere, ut inde-
centes, & male dolatos uultus ſuos reconcinnaretis.
Etenim fabri ſitis omnes di oportet puellarum gratia.
ſi quidem una ſola in puella pro eius animi ſententia
cõſtruẽda, quicquid ubiqꝫ eſt artis, artificiiqꝫ cõſumit.
proh & quæ ora: & quos uultus domo afferũt. Hinc ex
hilaratus Iupiter nõ tã Momi ſalibus, q̃ geſtus ĩſipidita
te: q dedita opa: & ſtudioſe ſe ridiculũ expoſuerat. arriſit:
ꝑinde eos: qui tũc illic aderãt: deos, ĩprimiſqꝫ Momũ ri
dẽdi cupidũ uocauit: ut ſecũ eẽt in cœna. Ridebis, atqꝫ
admiraberis: Iouẽqꝫ: Momũqꝫ. Nã ĩ cena nõ facile dici
põt: q̃liter epulas ꝑter oĩuꝫ opinionẽ iocoſuꝫ ſe Momus

exhibuerit multa referens, quæ suum per exilium pertulerat cum ridicula, tum & digna memoratu. Inter quæ illud fuit ut referret, omnes quidem se uoluisse hominum uiuendi rationes, & artes experiri, quo reperta cõmodiore acquiesceret, in singulis quidem elaborasse, ut studio, & diligentia coniuncta exercitatione, & usu euaderet in egregium artificem, nullam tamen ita didicisse, ut sibi satis instructus uideretur tam comperisse omnes artes huiusmodi, ut quo plura, quæ ad peritiam faciant, usu, & doctrina sit assequutus, eo plura discernas tibi deesse ad cognitionem. Sed eas omnes, quæ apud homines inter egregias habeantur uiuendi artes, reperisse esse eiusmodi, ut sint longe minus utiles, minusq; cõmodæ ad bene, & beate uiuendum: q̃ sapientis hominis cognita ratio postulet. At qui ut a primariis, & honoratissimis incipiat, militiam sibi in primis uisam percommodã, id quidem cum alias ob res, tamen ꝙ per eam uirorum principes reddantur, potentatus nãciscantur, posteritatisq; fructum assequantur. Accedebat eo, ut arma sibi potissimum eligẽda duceret, ꝙ se ab armorum periculo immortalitate immunem meminisset: ac fuisse quidem militem se, beneq; re gessisse manu, & animi uiribus. postremo ductitasse exercitum, instruxisse acies, exercuisse classem, suos uidisse titulos uictoriarum q̃ plurimos, excepisse frequentissimos ciuium plausus, & congratulationes, sed breui odisse castra, uexilla, arma, classica, omnemq; uirorum strepitum, fremitumq;. Non id ꝙ satietate: aut fastidio quodam iteratæ gloriæ, sed iusta, rectaq;

minime insolentis uiri ratione. quando quidem in his omnibus rebus, quæ ad arma spectant, nihil inueniri intelligeret, qđ saperet æquitatem, qđ non esset alienum a iustitia, quando item in omni illa armatorum multitudine intueretur nihil, qđ quidem ad humanitatem, aut pietatem spectaret. omnia cerneret ad utilitatem, ad animi libidinem, ad reruз, temporumq; suorum rationem, & conditionem per uim, nephasq; referri. Nulla fortibus certa, aut merita referri præmia, omnia imperiti uulgi iudicio, & opinione pensari, res, consiliaq; euentu putari, præmia non uirtuti, sed audaciæ, & temeritati referri. si uere se pericula & labores, quos in sole, & puluere, noctuq; sub imbre, & diuo obire oporteat. sed illud non præterire, ꝙ inter sanguinis, uitæq; suæ prodigos, alieni cupidos, impuros, impios diritate, immanitateq; teterrimos in fece, & sentina perditissimorum, & a suis patriis sedibus perpetratis flagitiis profligatorum interruentium templorum stragem, fragorem, fumum, cineremq; uersandum esset, ut tota illa in re bellica nihil se inuenisse Momus deieraret, qđ satis delectaret, præter id, qđ interdum stulto, & uesano furore conciti turmæ, atq; manipuli armatorum mutuum in ferrum præcipites ruerent, operæ quidem precium esse coram intueri portẽta illa impurissima, & pestes hominum properantium in mortem, suiq; similium scelere, & manibus contrucidari. Voluisse & regem fieri se, ꝙ proxime ad deoruз maiestatem regium imperium arbitraretur: ac magni qdeз duxisse olim uereri, obseruariq; se a multitudine:

eamq; præsto adesse, pendere ad obsequium, parere di
ctis. Item magnifice habitare: honorificentissime pro-
gredi: laute: ac splendide conuiuari, & concelebrari. prin
cipio quidem ueritum, ne id sibi foret arduum assequi:
atq; difficile: quoniam multos uidebat ea una in re nā
ciscenda frustra maximis laboribus: & ultimo discrimi
ne contendisse: perpaucos attigisse. Sed animaduertis-
se duas ad principatuз patere uias breues: & haud qua
q̄ difficiles. Vnam quidem quæ factionibus: & conspi
rationibus muniatur. Hanc teneri expilando: uexando:
collabefactando: sternendoq; quicquid tuis curriculis
obiectum ad interpellandum offenderis. Alteram uero
ad imperium uiam bonarum esse artium peritia: bona
rumq; morum cultu: ac uirtutum ornamentis dedu-
ctam: atq; aptam. quaquidem te ita compares: ita exhi
beas hominum generi oportet: ut te gratia: & beneuo
lentia dignum deputent. Vnum te in suis aduersis re-
bus adire: tuis potissimum assuescere consiliis: & stare
sententiis condiscant. Neq; enim ullum in terris uige-
re animans: qđ ipsum sit homine cōtra seruitutem ma
gis contumax. Contra item homine ipso frugi posse
nihil ad mansuetudinem: tractabilitatemq; propensi-
us. sed scire imperium agere artis esse minime uulgaris.
ꝙ si pecudes: brutaq;: & quæ ad feritatē agrestem na-
ta sunt: usu domita reguntur: & certa quadam discipli
na continentur: quid hominem ad facilitatem: frugali-
tatem: societatemq; uitæ natum, non moderabimur
arte: & ratione? quandoquidem iusta: & recta imperan
tibus: ut uidere licet: sponte: ultroq; obtemperet. sed im

perium postq̃ adeptum: partumue est: rem esse procul dubio difficillimam imperantibus asserebat. Nam eo cum sis adductus loco: ut tua negligere: aliena curasse oporteat: cum item tua unius cura: & sollicitudine multorum ocium: & tranquillitatem tueri: ac seruare opus sit: quid potest in uita difficilius dari: atq; laboriosius? His addebat publica eẽ negocia omnia penitus ardua: atq; impeditissima: in quibus si tua unius utaris opera non sufficias: & aliorum si utaris opera: casibus id: atq; periculis refertissimum sit. Negligere uero quid sit officii: cum ad decus: & ignominiam: tum ad calamitatẽ: exitiumq; redũdet. Deniq; si rem satis spectaris: quod isti imperium nuncupant: id profecto publicam: & intollerabilem esse quandam fugiendarum rerum seruitutem intelliges. Cæterum numularias cæterasq; quæstuosas artes: & facultates ultro abdicatas ab se esse uoluisse: qđ uel satietatem ex copia: uel fastidiũ ex usu: uel tædium ex quæstu præbeant: uel si tandem cupiditate adducaris: ut tibi plura esse uelis: q̃ oporteat: fore ut sordidam: illiberalissimamq; sollicitudinem afferant. postremo nullum genus uitæ se aiebat comperisse: q; quidem omni ex parte eligibilius: appetibiliusq; sit: q̃ eoꝝ qui quidem uulgo mendicant: quos errones nuncupant. Hanc esse quidem omnium unam facilem artem impromptu: utilem: uacuam incõmodis: plenã libertatis: ac uoluptatis. quam rem ita esse: multa cum festiuitate Momus cum plerisq; aliis argumentis: tum his rationibus demonstrabat. Etenim sic inquit. Dicũt quidem Geometræ quæq; uersentur in arte sua: æque

teneri a quouis rudi discipulo, atq; ab eruditissimo, modo semel ea percæpta sint. Idem ferme ipsum in hac erronum arte euenit, ut uno temporis momento perspecta, planeq; cognita, atq; imbuta sit. Sed in hoc differunt, q geometra instructore, qui futurus est geometra, indiget: erronum uero ars nullo adhibito magistro perdiscitur. aliæ artes: & facultates habent edocédi tempora: ediscendi laborem: exercendi industriam, agendiue. quędam definitum: descriptumq; modū. Ité adminicula instrumenta: & plæraq; istiusmodi exigūt: atq; desiderant. quæ hac una in arte minime requiruntur. Vna hæc artium est in curia: negligentia: inopiaq; rerum omnium: quas aliis in rebus ducunt esse necessarias: satis fulta: atq; tuta. Hic non uehiculis: non naui: tabernaue opus est. hic non decoctoris perfidia: non raptoris iniuria: non tempoꝝ iniquitas metuenda est. Hic nullum congeras capital præter ægestatem: rogādiq; impudentiam oportet: ac tua ut perdas: aliena ut roges nihil plus negocii est: q̄ ut uelis ita mereri de te. Adde q aliorum sudore & uigiliis erro pascitur: suo q̄tum lubeat: otio abutitur. Rogat libere: negat impune: capit a quibusq;, nam & miseri ultro offerunt: & beati non denegant. Eorum uero quid referam libertatem: atq; solutam uiuendi licentiam? Rides impune: arguis impune: obiurgas: garris tuo quodam iure impune: q illi ad dedecus: ignominiamq; deputant: uerbis cum errone contendere: qđ illi statuunt flagitio manum imponenti inferre: id ad regni quasdam conditiones: & leges facit: posse quæ uelis & nullos habere dictorum: factorumq; censores:

rumq; censores:ea demum regnandi suffragia, & præ
sidia sunt. Neq; illud concedam regibus, ut diuitiarum
usu magisq̃ errones fruantur. Erronum theatria, erro-
num porticus, erronum quicquid ubiq; publici est.
Alii in foro ne considere, neue altercari quidem uoce
paulum elatiori audebunt, & censoria ueriti patrum su
percilia publico ita uersantur, ut nihil sine lege, & mo-
re, nihil pro uoluntate: & arbitrio audeat. Tu erro trã
uerso foro prostratus iacebis, libere conclamitabis, fa-
ciesq; ex animi libidine quæcunq; collibuerint. Duris
temporibus cæteri mœsti, mutiq; tabescẽt, tu saltabis,
cantabis, malo regnante principe alii diffugient, erra-
buntq; exilio, tu arcem tyranni concelebrabis. Hostis
uictor insolescet, tu solus tuorum intrepidus coram ad
stabis. Et qđ quisq; summo labore, capit sq; periculo
sibi accumularit, tu illius quasi debitas tibi dari primi-
tias expostulabis. Est & illud, quod ad rem egregie fa
ciat. ut cum nemo sic uiuenti inuideat, tum & ipse nul
lis inuideas. quandoquidem in aliis cernas nihil, quod
non facile possis assequi, dum uelis. Adde his, q̃ erro-
nis conditio ita est ad quamuis artium aliarum accom
modata, ut quoquo te contuleris, recte, ac digne feciſ-
se uideare, quod quidem cæteris mortaliũ haud æque
euenit. Nam & leuitatis putatur: suam, cui assueuerit: ar
tem, linquere, & nõ sine dispendio ad alias transmigra
tur, neq; illos audiẽdos puto, qui quidem hanc unam
erronum sectam dicãt plenam esse incommodorum.
De me illud ꝓfiteor, cæteris omnibus in artibus unas,
& itẽ alias plerasq; res offendisse, quæ & duræ, & acer-

L

bæ fuerint, quæ ue cum eas noluerim, tum iisdem illis ægre carere non potuerim, nam omni quidem in artificio multa sunt insita natura, & quasi inata, quæ & si grauia, & molesta sint, fereda tamen sunt iis, qui in ea uelint uersari. At has in sola una erraria, ut ita loquar, disciplina, & arte nihil unq̄ offendi, quodquidē ulla ex parte minus placuerit. Nudos uides errones sub diuo, atq; duro in solo accubare, eos contēnis, despicis una cum uulgo, atq; fastidis. Vide ne teq;, uulgusq; errones ipsi contemnant, atq; despiciant. Tu aliorum causa facies multa. Erro nec tua, nec aliorum causa facit quippiam, sibi facit quicquid facit, quid hic referam q̄ sint illa quidem inepti, & stulti hominis, quæ uulgo admirantur, toga, purpura, aurum, mitra: & huiusmodi: aut quis non irrideat, cum uideat te uestitum graui inuolucro, & implicamento obligatum, atq; compeditum ꝑdire, ut alioꝝ oculis placeas. Hoc non facit erro. ergo ridet, tu ne sanus non cauebis tibi esse uestium, pondere infensus? tu ne ut lautior, & cultior uideare, nō recusabis habere membra ad alioꝝ arbitrium occupata: & obstricta? ueste utemur, ut tegamur, non ut admiremur, imbrem, & frigora qui ueste proteget, erit is quidem satis & ad usus cōmoditatem, & ad naturæ decus ornatus. At solus cubabit erro, & quid tum? ne uero si somnus aderit, apertioribus obdormies oculis nudo in pauimento, q̄ inter pistromata? At cygnis, dedit q̄dem natura plumas, ut integerentur, non ut ad lectorum delitias conferrent. tibi si tantum dedisset somni, q̄tum subiecit strati, ubi dormiens accubas, proculdu-

bio perq̄ maximum dormitares., fitq; is, quem natu-ra dedit ad requiescendum locus, & sedes, usu in dies mollior, atq; salubrior, quid siquid ad delitias desit, p puluinari presto erit fessus somnus: cæterum conscen dat in concionem erro, dicat eadem, quæ quisuis stra-gula ueste indutus orator dicit, cui nam maior, confere ctiorq; accurret audientium corona: quem attẽtius au dient: quo porante magis cõmouebuntur, cui tota in cã uehementius assentientur: Magna est in rebus gra uissimis horum disciplinæ hominum authoritas, ut nihil supra. An tu inter raro uidebis ebrii, & deliri erro nis dicta accipi pro uatum monitis: eademq; seriis in rebus referri, ac si oraculi essent ore decantata: Sed de his alias ad me redeo. Quid illud, & quanti erat ar-duis me, & periculosissimis in rebus hominum, æque, atq; in leuissimis uersari animo æquabili nullam in par tem cõmoto: quam quidem rem tu o Iupiter deorum princeps si sapis, optas: atq; maiorem in modum pos-se concupiscis. Et quidnam est, q̄ ad fructum ocii, & specimẽ amplitudinis: maiestatisq; decus faciat magis, q̄ ita sese habere paratum: & compositum: ut nullis us piam rerum motibus de statu decidas: Nunciabantur grauia: quæ cæteri omnes exterriti: pauefactiq; horresce bant: nouos: inuisosq; liquores ex duro silice manasse: mediisq; ex fontibus arsisse flãmas: tum & montes in ter se arietasse: stabat attonitum uulgus: trepidabant pa tres: oĩa erãt in mœtu: & sollicitudine rerum fututarum: alii publicã salutẽ aduigilabãt. Alii suis cõmodis seruandis insanibãt spe agitati aut metu. at Momus curis uacuus

in quodcunq; uelis latus dulce obdormiscens nihil spe rabat, nihil metuebat, interq; stertendum illud usurpa bat dicere, quid tũ Mome, & quid hæc ad te: ad quez neq; pauperiem afferent, neq; quippiam auferẽt. Nar- rabantur & rerum monstra: alios strata mari uia obe- quitasse. alios per syluas, perq; saltus traduxisse classez. alios sub fossis montibus media per saxa, intimaq; per uiscera terræ suos traxisse curus, alios immani strue cæ lum aggressos petere, alios flumina, & lacus eripuisse mari, atq; extinxisse, mediumq; intra aridum terræ so lum acclusisse maria, Hæc admirantibus, cæterisq; ob- stupentibus Momus illud assuescebat dicere. enimuero Mome & hoc nihil ad te. Ferebãt locupletissimos, am plissimosq; reges orbis, innumerabili hominum ma- nu impetum interse facere, contegi cælum sagittis, flu mina sisti cadaueribus, mare hominum cruore excre- scere. his rebus cognitis cæteri, prout rerum suarum ratio, & studia ferebant, æstuabunt uariis animorum motibus, solus Momus illud obseruabat dicere, & istuc Mome nihil ad te. Spectabãtur agrorum incen- dia, uastitates, populationes, audiebantur cadentium uirorum gemitus, ruentium tectorum fragor, calami tosorum eiulatus, hæsitabatur, trepidabatur, discursita batur, strepitus, crepitus, fremitus, totis triuiis, totis an giportibus. At Momus resupinus, nudis fœminibus hoscitans allucinabat, & quid sibi tanti tumultus uel- lent ne rogabat quidem, nisi negligenter, sane atq; mo rose, tum siquis coram tantos turbines, & rerum tem- pestatis deplorare aggrediebatur, Momus perfricato

crure aiebat, neq; dum Mome quicq̃ est hic q̄ quidem tibi recte cures, dormi. quid postremo: quo hos, atq; il los animis affectos, atq; perturbatos mihi ludos face- rem, cum eos coactis circulis, collatisue capitibus serio aliquid ordiri, atq; conferre spectabam, repente eo ad- uolabam, istic assistebam, ab his petebam, assiduus ef- flagitabam, ut aliquid ad pietatem elargirentur inopi: atq; egeno. Illi indignabantur, ego mea gaudebam im portunitate: illi nostram odiosam, intempestiuamq; scurrulitatem execrabantur, atq; excandescebant, Mo- mus ridebat. Itaq; Momus huiusmodi toto ridente cæ lo referebat. Sed Iupiter: cum satis risisset, Momum facetias istas recensentem interpellauit, At qui: inquit: heus Mome num &: q̄ aiunt: figulus figulo, faber fa bro, ipsum idem æque erronibus euenit, ut inter se in- uideant. Tum Momus. enimuero & quis huic inuide- at, qui per se ferat miserum esse se? Tum Iupiter, ni fal limur, inuidebit quisquis præ illo, qui admodum mise rabilis sit, uolet sese dignum uideri misericordia, quod ni istuc siet, fateor, una hæc tua erronum uita est: non modo: uti aiebas: uacua incommodis, sed egregie dire- cta ad quietem: atq; summam ad fœlicitatem apta, ut eam statuam huic nostræ deorum beatitudini esse lon ge anteponendam. o malum maximum inuidia, maxi mum inuidia malum. Tum Momus, admones inquit o Iupiter optime, & maxime, ut ipsum me accusem, audies rem festiuam. Versabatur īter philosophos egre gius quidam nebulo, quem unum si spectes, facile cre das principem esse abiectissimorum hominum, ita cor

poris forma: & omni membrorum ornatu se agebat inter errones insigne: atq; nobilem: describam tibi hominis speciem: & habitum. Aderat illi os impressum: mentem obductum: cutis hispida: crispissata: atq; ab genis propalearibus dependens omnis uultus persuscus: oculi turgidi: q aperte prominentes: horumq; alter luciosus: alter sublippus: & ambo peruerse strabi. Naso tam erit multo: ut non hominem: sed nasum existimes ambulare: pergebat procurua ceruice: & inuersa in sinistrum humerum: collo protenso: & acclinato: ut terrã non prospicere oculis: sed auricula diceres: surgebat spatularum una in strumam per grauem: incedebat gradu lato: tardo: uasto: sed lassis artubus: & quasi longo morbo spondilibus dissolutis. ad cuiusq; pedis motum innutabat: sino uestitum: & reliquum apparatum: saccos centipelles. lacernam attauam lacernarum: in qua mille parturientes mures nidificarant: pendebant humero pera: calathus: atq; cantarus sordibus obscœni fœtore execrabiles. Huic me fateor homini fortassis interdum inuidisse: non quo esset illi quidem ita informis: sed q non obscure perspiciebam pluribus hunc uideri dignum pietate: cum esset non pietate: sed odio potius dignissimus, tunc & illud pigebat: q errones nimium multos uolitare foro conspiciebam. Vnum profecto erat in tota illa erronum arte: quod animo ferebam minus equo id erat: cum latrantes: & infestis dentibus nudos talos appetentes caniculas pueri aduersum me concitabant: & q̃ sint illi quidem molesti scio uobis nõ posse facile persuaderi: sed ea irritamenta si maximis dis ac

cidissent: nihil in rerum orbe uniuerso est: qd' illis inue-
niri posset laboriosius: sed de his alias. Nunc uero ad rē
redeam: hoc est ut affirmem apud mortales nihil inue-
niri cōmodius erronum uita: si quidem & facilis: & pa
ratissima est: siquidem huic neq; calamitas officere: neq;
improbitas adimere quicq̄ potest: siquidem in ea nihil
inueniri potest: qd' doleas: o te igitur stultum inquit Iu
piter: si tanta bona reliquisti: ad superos ut cōscenderes.
Vide Mome quid recites: non potuisse in te apud mor
tales ea. quæ apud nos diuos plus satis possunt. quid
est quod nequeat improbitas? Hic Momus cæpit de-
ierare nunq̄ se fuisse minus affectum curis: q̄ cum esset
erro: nunq̄ præter semel tota illa in uita doluisse. Atq;
id quidem re alioqui leui obtigisse: sed non tamen in-
digna memoratu. incidisse enim ut offenderet quēdam
ascriptitium seruulum ex ergastulo: qui detrectantem:
& calcitrantem asinum fustæ cederet. primo cæpisse ef-
ferat exscandescentem illum ridere. post id incidisse in
mentem: ut repeteret: q̄ ab pauperum numero iumen
tis debeatur: quæ si forte desint, fiat: ut diuites uelint:
portari a pauperibus. Ea de re indignatum cœpis-
se redarguere: atq; increpare his uerbis: obipes indo
mite: seruum pecus non cessabis furere? Ne tu non
intelligis q̄ huic animantium generi debeatur: q; ni
essent: tu: tuiq; similes pro iumento sarcinas:
atq; impedimenta ferres: Hæc dixisse Momum. At
illum ut erat immanis: relicto asino obiurgatorem
petiisse: & dixisse quinimmo tu pro asino feres: fu-
steque ipso: quo asinum percusserat: reddidisse:

Momum onustum plagis, affuisse tum illic nonnul-
los uiros probos: qui seruum hunc dictis castigarent,
& factum maledicerent: atq; condolerent. Momum
uero affirmasse id factum optime, quãdoquidem ma-
ximis hominum erumnis neglectis asini ĩcommodis
moueretur. Tãta Momi lepiditate nimirum captus Iu-
piter edixit, ut suis ædibus posthac uteretur perfami-
liariter. quam quidem rem cum ex Iouis imperio facti
taret, uide quid possit principis erga quemuis gratia,
& frons. Momum publicum cælicolarum odium, ab
iectum, despectum, disq; omnibus pessime acceptum:
ut primum uidere factum principi familiarem: & gra-
tum, illico bene de illo sentire, dignumq; ducere: cui se
se ultro ad amicitiam offerrent: obseruarent: colerent:
iccirco Momum singuli deorum adire: cunsultare: gra
tificari: dictis: & factis certabant. quo in numero, atq; er
rore cum pleriq; omnes: tum & Pallas dearum una,
ut ita loquar: mascula, & Minerua cunctarum decus:
& lumen artium uersabantur. Et erit operæpræcium le
gisse: qualem se Pallas: Mineruaq; deæ gesserint: quo
etiam in dis naturam mulierum recognoscas. Nam il-
læ quidem: q; intuerentur beatissimum principem Io-
uem: cui relictum esset nihil: qd' amplius cuperet: præ
terq̃ ut perpetuis uoluptatibus frueretur. Momi scur-
rulitate delectari: iccirco mouebantur: ut de publicis: de
q; priuatis rebus suis plurimum cogitarent. Et cum es
sent non ignaræ quod in cuiusq; animum: & mentem
possint conspersæ uerborum aptis temporibus macu-
læ: illius præsertim: qui quidem ex arbitrio ad te: siue
ociosum: siue

ociosum, siue sollicitum habeat aditum. iam tum animis erant uehementer commotæ, cum meminissent ab se proxima ignium iniuria fore lacessitum Momum: non temere uereri cæperant, ne diligens, solersque sectator aliquid iocosa illa sua assiduitate aduersi moliretur: sed uti erant mulieres cõsilio usæ muliebri minime opportuno: minimeque attemperato. Enimuero Minerua: qua callebat dicendi arte, conuenit Momum, ac de sacrorum ignium facto ex ignaro fecit ut esset certior: dũ que suadere institit, non id quidem sua fore amissum opera, ut tanto deorum dono Momus fraudaretur, omnem largitionis offensionem explicauit, affirmans id sibi nusquam potuisse uenire in mentem, ut aggrederetur quippiam, quominus bene de se, deque deorum genere meritus Momus ex Iouis decreto, ac uoluntate ad superos rediret honestior, sed fateri suum errorem: si quidem Palladi & armatæ, & præpotenti deæ sic petenti non fuisse ausam non obtemperare, neque mirandum Palladem hoc temptasse, quæ quidem Fraudi deæ plurimum debeat, quia & indulgendum si studiis coniunctissimæ deæ in aduersarii gloria non augenda mutuo opitulentur. Cæterum orare, ne quid sibi succenseat, sed posthac malit sui cupidam experiri, quam odisse immeritum, Momus, & si acrem animo ex ea re indignationem concepisset, tamen quod simulare, dissimulareque omnia in causa decreuisset, tenui oratione, & leuibus dictis ab se Mineruam missam fecit, ac inter cætera illud adiurauit, non id se accipere, ut iniuriarum uelit reminisci cum alias ob res, tum ne eam animo ferat molestiã,

M

quã uindicandi cura, & sollicitudo soleat afferre. me-
liorem posthac optare inimicis, atq; obtrectatoribus
suis mentem, qui si tandem esse infesti non desinent,
ad officium tamen ducturum se, ut suas esse partes de
putet, ferendis aduersariis palam facere quali sit calami-
tosus, infœlixq; Momus animo redditus miti, & mã-
sueto. his acceptis responsis Minerua abiit. sed uix dũ
ex aula excesserat, cum e uestigio Pallas hisdem ani-
mi suspitionibus excita, quibus & fuerat Minerua, ad
Momum appulit, suaq; de re institit. Astu, & artibus
Mineruæ adductam se, ut de Momo non bene mere
retur. cuius quidem erroris maiorem in modum pœ-
niteat, ueniamq; poscat. Non fuit aliud frontis, aut uer
bo℞ ad dissimulatiõem in Momo aduersus Palladẽ,
q̃ fuisset ad Mineruã. Ardebat tñ ita & dolore, & ira-
cũdia, ut uix cõpesceret lachrymas. Sed hũc aĩ dolorẽ
themis deo℞ apparitoris aduẽtus sustulit: q Iouis iussu
ad solẽne cõuiuiu3 Herculis Momũ accersiturus adue-
nerat. Cupiebat. n. Iupiter, ut multas alias supiores, sic
& cœnã apud Herculẽ ducere lepiditate Momi uolu-
ptuosissimã. Virũ id lõge euenit secus, q̃ uoluisset. Nã
cum inter cœnandum plæraq; dicta ultro, citroq; a
commessantibus iactarentur, & præsertim ab Hercu
le nonnulli sales recitarentur, rogareturq; Momus,
ut ueterem illam historiam enarraret, quo pacto apud
philosophos auulsa barba diffugisset. Momus hos in
tuens ita ridicule in se affectos non potuit facere, quin
stomacharetur. Aegre enim ferebat non illud sat uide-
ri Ioui, & dis semel, atq; iterum succincte, & breuiter

audiſſe, ni & rurſus in conuiuio, in quo maximorum deorum flos, & nitor diſcumberet, quaſi epularum ob ſonium, & menſæ condimentum Momum ad irriden dum depoſcerent. qui ergo in hanc uſq; diem fuerat ex ſtudio ludus, iocuſq; oĩuʒ ordinũ ſua affabilitate: is nũc ſibi cõtumeliæ loco aſcribebat ſe ĩuitari: nõ honoris grã ſed ad riſum. accedebat ꝗ nouiſſimã aĩo pſonã imbue-rat ſupiore illa omiſſa. Nãq; poſteaq̃ ĩtellexerat plurimi ſe ab deoꝝ uulgo fieri ob principis gratiam, reꝝ ſuaꝝ ſucceſſu uti elatus cæperat ſpe, & cupiditate maiora ap petere de ſe. Atq; intermiſſa priſtina conueniendi feſti-uitate per maturitatem, & grauitatem ſenſim elabora-bat, ut dignus uideretur apud Iouem gratia, & apud cælicolas authoritate, quæ cum ita eſſent: factum eſt ut conuiuarum, & maxime Herculis petulantia offen ſus pulcherrimo quodam commento inſolentes bel-liſſime caſtigatos reddiderit. ſe quidem, inquit, nũquã non feciſſe libenter ea omnia, quæ maximis dis gra-ta intelligeret, neq; dum id ſibi in præſentiarum uide-ri moleſtum: ſi ſuo etiam cum dolore tam præclare de ſe meritoꝝ uoluptatibus ſatisfaceret, malle quidem tri-ſtem turbulentiſſimoꝝ ſuoꝝ tempoꝝ memoriam de leſſe ex animo: q̃ toties refricaſſe: ſed ſuis recenſendis erũ nis uenire quandam annexam, complicatamq; ratio-nem grãrum pro accepto ab deoꝝ rege beneficio: cuius q̃dem meminiſſe proculdubio gaudeat. At futuꝝ qdẽ ſempiterne inſcriptum animo beneficium, quod acce-perit, & nunq̃ non retributurum officio, qđ potuerit, exilii quidem ſui pœnam fuiſſe nunq̃ adeo ſibi acerbã

& molestam, quin de genere deorum superum bene fore merendum statuerit, & doloris sui pœnam erroris culpa mitigasse. Inde illud fuisse ut quæ sibi in dies forent mala subeunda, ea quidem cum moderate, tum & fortiter atq; constanter perferret, sed quantis rerū aduersarum cumulis obrueretur, non facile dici posse. Inter quæ illud inprimis augebat, q nullæ saluis deorum rebus darentur occasiones, quibus qualis demū esset Momus præclare agēdo ostenderet. Accidisse ut qua in re se pulcherrime officio fungi intelligeret: quāue unice, ac maxime curaret in ea nimium multos, nimium acres, nimium infestos oppugnatores, atq; hostes offenderet, quorum de uita, & moribus dicendū sibi prius, mox de illorum grauissimis sceleribus pauca ex incredibili numero facinorum, quæ ad rem faciant, referentur. Esse apud mortales genus quoddam hominum, quos si spectes, progredi oculis in terram defixis, fronte, corporisq; habitu ad omnem ueterem morem, & honestatem quadam scenica superstitione composito facile uenerere, sin uitæ consuetudinem, & studia ad omnem flagitii turpitudinem pronam: & p̄cipitem respectes, merito oderis. hos quidem sese spectatores dici rerum uoluisse, ac esse quidem eos pro nominis dignitate ingenio præditos alioqui non tardo, neq; hebeti: sed tam præclare, atq; excellentis uirtutis lumina, si qua in illis sunt: fœdissimarum sordium cumulis pdidisse, quæsiuisse illos titulo, cultusq; parsimonia, non uitæ modum, sed inanis cuiusdam gloriæ leuem auram, & famæ immeritæ rumorem apud eos,

quibus parum essent cogniti, eosdemq; tam ineptæ, tã intemperanter esse ambitiosos, ut rerum, quæ sint omnium pulchræ, & preclaræ, nosse causas profiteantur. Horum duas primum de dis extitisse sententias, subinde multas, & uarias manasse opiniones: non tã multitudine, q̃ disceptantium deliramẽtis repudiandas, sed inter omnes quænam sit maiore digna odio nondum satis constare. Nam alii nullos esse deos poenitus negare, orbem rerum concursu quodam fortuito minutissimorum, quo sunt omnia referta, corporum esse factum: casu non deorum opere, aut manu constructũ. Alii deos esse, cum ipsi non credant, nam si crederent aliter uiuerent, credi tamen uulgo uelint sua præsertiz causa, id quidem ut uenerentur, ut arma, castra, imperiaq; sua deorum moetu muniant, atq; ad stabilitatẽ, firmitatẽq; corroborent. cui sententiæ illud addunt: ut siquidem esse deorum interpretes cum nymphis, cum locorum numinibus, magnisq; cum dis gratia dici habere rerum agendarum commertia excogitatis uanitatum figmentis assimulent. Cum his adeo sibi fuisse certamen uarium, atq; laboriosum. hic ut deos esse ostenderet, illic ut non esse deos tales probaret, quos scelerosi mortales suorum facinorum authores: sociosq; habeant. Sed ita congressum in certamen, ut cum eloquentem ipsa causa faceret, tum se dicente ueritas ipsa, atq; ratio facile tutaretur: atq; defenderet. At pro deorum quidem re satis cõmodam sibi, atq; accommodatam fuisse cõtra philosophos orationem. pro salute autem sua, & pro capitis sui periculo parum se sibi utilem pa-

tronum extitisse. quo rnim deorum rationibus inseruie rit studio, & contentione, qua debuit, eo sibi pessime consuluisse, grauem subiisse inuidiam, acerba odia ad-uersum se excitasse ambitiosorum, ĩmodestissimorum q; hominum: qui quidem eiusmodi sunt: ut omnia pos sint facilius perpeti, q̃ uideri cuiusq; prudentiæ, & con-silio acquieuisse. Accessisse tertium quoddaʒ genus ho minum sane doctrina, & præclaris artibus excultissi-mum: sed minus cupidum laudis, & gloriæ: qui quidẽ non fortiter factis, aut recto rerum agendarum consi-lio fructum posteritatis mereri: sed umbratili quadam confabulandi arte suum commendare nomen immor talitati affectent. Hos percontiones uagari solitos nihil sibi assumentes certi: atq; constantis quid affirment, præsertim apud eos, qui usu: & exercitatione rerum sa pere quicq̃ uideantur, sed nouis in dies assentationum artibus auditorum aures aucupari, & popularium de se admirationem captare nõ tam multitudinis sensuʒ, atq; cogitationes flectendo, & deducendo, q̃ ad mul-titudinis nutum sua omnia instituta uertendo in dies, & in mutando: & in ea re uerum ne: an falsum: rectuʒ ne: an prauum id sit: qđ dicendo tueantur: minimi eos pendere. illud omnibus neruis eniti: ut id præcæteris recte sensisse in suscepta altercatione uideantur. Ho-rum se amplitudine: & impetu orationis interdum ra pi: & obrui solitum: ut quid respondendum esset nõ succurreret. posse illos copia uerborum: posse erudi-tione: posse usu: ut nihil sit: modo uelint: quod uel dicendi facultate: uel adepta iam tam auctoritate ne-

queant. Hoc ex genere hominum quendam: cum de dis disputaretur his uerbis orsum fuisse dicere. Non is sum o uiri optimi: qui nullos esse deos: & inane uolui cœlum ausim affirmare: inueterata præsertim in animis hominum opinione de dis: quos tamen uestrū nemo: ni fallor: est: qui ullos esse certa: prestanticꝫ ratione audeat affirmare. Sed illud interdum occurrit: ut possim dubitasse quid sit illud. Cur patres: & piissimos deos superos nuncupemus: quæso adeste animis: & pro uestra humanitate: quæ dicturi sumus: attendite: Nouas: inauditasqꝫ de rebus optimis disputationes ex me audisse: ni fallor: minime pigebit. Fingite adesse hic primos illos parentes nostros: quos dis proximos arbitramur: & eos hac nostra hominum: qua constituti sumus: miseria perspecta ab Ioue hominum patre: & deorum rege. pro nondum obsoleta parentis gratia ita rogare. Vtrum ne illud o pater Iupiter statuemus officium fuisse piissimum: ut quo ad in te fuerit omnia nobis esse p te erepta uolueris: quæ quidem homines optanda ducerēt? Quis illud a quouis irato patre etiam in perditos liberos animo unq̄ ferat æquo: & moderato: ut quos haberi suos uelit: eosdem inferiore sorte: q̄ bruta: plæraqꝫ animantia agere uitam patiatur? sino uires: uelocitatem: sensus acuitatem: quibus longe homines a bestiis superamur: ceruis ne: atqꝫ cornicibus tā multos uitæ ānos dedistis ut degerent: homines uero quorum intererat id uel maxime superum causa, per quos templa, sacrificia, & ludorum magnificentia, a quibus omne sacrorum speci

men, religionisq; honos colitur, tum primum inter nā scendum consenescere, atq; deficere. & antequā se in uita constitutos sentiat, in ipsoq; aliquid incoandi conatu ruere in mortem uoluistis. At sit mors deorum sententia quidam exitus ab erumnis, sitq; pinde mors bonorum optimum: qd' a malis adimat. Mortem ego facilius crederem esse non malam: si eam sibi deos arripuisse perspicerem, donumq; nō delaudarem: si ab iis esset deditum, qui malorum tantorum causa non fuissent. Ve℞ quid hoc? Cæteras prope res omnes: quæ quidem ulla ex parte possent placere, superi occuparūt. mortem longe ab se exclusere: quid est bonarum re℞ omnium: qd' sibi non uindicarint superi, atq; ascripserint? Nostros di Ganimedes, nostras di nauiculas, nostras di coronas, lyras, lampades, turibulos, crateras, nobis quicquid belli, uenusti, lautiq; inuenere, sustulerunt, atq; asportauerunt in cœlum. in cœlum lepusculos, in cœlum caniculas, in cœlū equos, aquilas, uultures, ursas, delphinos, cæte: quod autem nostris delectentur: quod monstra hic rapta in delitiis habeāt: nō doleo: sed ne probo quidem. illud doleo: beatos illos superos nostris nō moueri incommodis, & cum patres sint: tam de nobis mereri pessime eos quis animo ferat non ægro: & perturbato? Nos deorum filios deteriori esse in sorte cōstitutos: q̄ pecudum filios, quis possit ferre? ne uero nos, si filii sumus: si patres ipsi sunt, tā maximi eorum regni participes facere non oportuit? At illi filios a patriis sedibus pepulere: belluis cælum repleuere: homines exclusos uoluere: monstris cœlum

refertum

refertum reddidere. Et quanti ne putabimus nos hydras, atq; hippocẽtauros potius factos non esse: q̃ homines. At hominum gratia tum multa in medium effudisse deos predicant, quæ quidem cum ad usum, tũ ad uoluptatem, atq; ornamentum faciant, fruges, fructus, aurum, gemmas, & huiusmodi. Hæc igitur iuuet inter nos considerasse ita ne sint uti ferunt, qđ siquis deos ea fecisse asserat, ut iis nobis illudant nostras spes, & expectationes frustrentur, fortassis non mentiatur. Quotus enim quisq; est, qui istiusmodi non appetat uolente deo, quotus est, qui adipiscatur deo non repugnante? quotus est, qui adeptis fruatur, aut gaudeat? Sed ea demum cedo, fecerint hominum causa. quæro bonorum ne, an malorum: si bonis prouidisse dicent, quæram quid igitur ea bonis non erogentur. improbis non auferantur? cur eadem optimis adimãt, & scelestissimis condonent. Eccam pietatem probis dedere, ut quæ ad necessitatem faciant, omnia per industriam: uigilias, laboresue quæritent, impiis uero, audacibus, deorumq; contemptoribus, etiam adiecere, quæ nimia penitus sint. Sed quid ego ullos ab deorum iniuria excipiam? cum uideam eos in uniuersum mortalium genus tam multa intulisse, quæ interdum si quid furere desinant, sibi non licuisse optent. o dis inuisum genus mortalium, quãdoquidem præter eas grauissimas res: quas recẽsuimus, dolorem quoq;, febremq;, atq; morbos, & acres pectoris curas, & turbidos præcordioruꝫ impetus, & sæuissimos animi cruciatus importarunt.

N

o nos extrema in miseria, grauissimis, durissimisque erũnis obrutos mortales, quos ita uexant, ita indies affi-
ciunt malis superi, ut cum nunq̃ uacare calamitatibus liceat, tum assiduis, acerbissimisque casibus semper noua dolendi ratio insurgat, atque immineat, quo ad perpetuo in luctu huiusmodi uiuendum sit, & ita uiuendum, ut omni ĩ uita hora nulla succedat horæ similis. Vel quis uestrum est uiri optimi, qui sibi commodarum rerum omnium quippiam relictum sentiat, præter eas tantũ res, quibus ademptis omnino futuri simus nulli, lu-
cem, undas, fruges, & huiusmodi nõ est ut nostra potius: q̃ cæterorum animantium causa fore producta as
sentiamur, loquendi usum, & uitæ modum, quo esset alter alteri adiunctior, coacti necessitatibus ipsi adinue-
nimus, cætera omnia nobis erepta brutis fuisse con-
donata uestrum quis ignorat? o nos igitur iterum male acceptos, quid admisimus miseri mortales, ut re-
bus omnibus quæ gratæ, cõmodæque sint, ereptis: nos erumnis, & difficultatibus obruti uitam miseram degamus. sed sint illi quidem di cœlo digni, optima omnia mereantur, nos mortales ad miseriam nati obrui cu-
mulis malorum non recusemus, tametsi de omni deorum genere quid possit quispiam interpretari, quis est uestrum quem id fugiat? quid tamen sentiam ipse non est ut referam. uos id adeo statuetis, quid tota in re as-
sentire oporteat, quandoquidem ex nostro mortalium numero dicuntur aliqui ad deorum numerum augendum conscendisse. At uolet ne ille quidem ex medio

hominum grege abreptus, & inter beatissimos rerum dominos adscitus, uolet ne: inq̃: ille uenerari, & coli, & metui tantarum sese rerum gradu, & sede, & maiesta te dignum deputans? Cui forte iterato si uia sit, hac si plane cognita: & explorata, qua conscenderit, ad superos redeundum, quid uis facilius possit: q̃ cælicolam fieri. Multa præstitit occasio: multa tulit necessitas: sed plura adiecit hominum improbitas: atq; stulticia, quibus rebus summorum forte deorum aliqui uel inuiti in id amplitudinis rapti sunt. ita adeo, ut se mirentur, unde tantum siet, & q̃ commodius cum illis ageretur: si se nossent pro dignitate deos gerere. Quod si nostrum quispiam homunculorum talem se exhibeat in rebus administrandis, qualem plærisq; magnorum deorum se habent, merito plecteretur. Sed tu deos ne esse hoc putes, qui res mortalium tã supine, desidioseq; negligant, aut hos, qui monstra: ut uidere licet, in primis colant, ulla rerum piissimarum procuratione dignos putabis? Scio quid hic respondeas, dices. quid mirum, si nimia in licentia constituti insaniunt, si dum omnia posse, quæ uelint, sentiunt. hi quidem uelint omnia, quæ possint, & que demum uelint, licere omnia arbitrentur. At qui id ita liceat dis spreta hominum causa cum Ganimede inter epulas uolutari, nectare, & ambrosia immergi. Nobis ne non licebit tantis miseriis moueri? non licebit opinari superos deos, aut nullam gerere mortalium curam, aut si gerant, odisse? Et quid iuuat tantis supplicationibus:

obſecrationibuſq; pacem deum alias res agentium, aut mala reddentium expoſcere? Deſinamus inepti eos ſol licitare irritis cerimoniis, qui uoluptatibus occupati ſo lertes, agenteſq; oderint. caueamus inutili noſtra ſuper ſtitione de his uelle bene mœreri, qui quidem aut nul li ſunt, aut ſi ſunt, irritati, infeſti ſemp ad miſeros mor tales malis conficiendos inuigilant. Huiuſmodi fuiſſe ambitioſi illius orationem Momus retulit, & hac ſeſe oratione adiurauit ita commotum dictorum petulan tia, & flagitii indignatione, ut præ ira uix manum cō tinuerit, nec dubitare, quin ſi Iupiter ipſe optimus ma ximus omnium mitiſſimus, diq; piiſſimi, & modeſtiſ ſimi affuiſſent, impudentiſſimumq; illud oratoris os, & intollerabilem geſtus, uerborumq; iactantiam: atq; magnificentiam fuiſſent intuiti, illico in illam omnem ſceleſtiſſimam familiam literatorum omnem uim ful minis effundendam iudicaſſent, quo philoſophos om nes totis cum gymnaſiis, & libris, & bibliothecis ab ſumerent. Verum ſe pro ſuorum temporum conditio ne, & neceſſitate temperaſſe iracundiæ. Pro ſuſcepti ta men negocii ratione non potuiſſe non facere quin in id erumperet uerborum, ut inter admonendum eos, qui de dis ita obloquerentur hortaretur, iterum atq; iterum proſpicerent, ne quid de his, a quibus tantis, tanq; diuinis proſequuti eſſent beneficiis, aut perperā, peruerſeq; opinarentur, aut male mereri aggrederētur. cauerentq; ne dum deos negent, demum ſentiant præ ſentes eſſe eos, atq; piiſſimorum, & impiiſſimorum,

proborum, & improborum habere discrimen, postre mo illis optaui, ut ea mens erga superos sit, quæ suo sit sine detrimẽto, & malo. Hic igitur ambitiosos illos: qui omnia possent moderantius perpeti, q̃ uideri cuius qꝫ prudentiæ, & consilio acquiescere, consensione fa-cta insurrexisse, & qꝓ Momi præsertim admonitiones dedignarentur, a quo iam pridem multis uicti disputa tionibus capitali odio dissiderent, iccirco furore conci-tos irruisse, atqꝫ uim illam ab se persæpius alibi enarra tam ĩtulisse, sed petere se ab Ioue optimo, & maximis dis, ne huic mortalium insipientiæ succenseant, sed po tius, quæ se digna sunt, suam per indulgentiam, atqꝫ beneficentiam cogitarent, & prodesse mortalibus per-seuerent Momi incommodis, atqꝫ iniuriis posthabitis. Hæc Momus submissa, & inflexa uoce, tristiqꝫ fron-te re ferens animo erat alacri cum cæteras ob res, tum qꝓ deos, atqꝫ in primis Iouem dictorum aculeis cõmo-ueri nõ obscure perpendebat, perspiciebat enim obmu tuisse Iouem, & digito hospitalem mensam subincos-sisse. ergo intra se gaudio exultabat, quam rem intuẽs Hercules subridens. Te inquit ego item, o noster Mo me testor, nequid ipse succenseas, si qua ex parte mor talium causam non esse apud Iouem omnino deser-tam cupio, & ad Iouem uersus, Indulgendum sane o Iupiter est: inquit: mortalibus errore præsertim consi-lii aduersus ignotum apud se Momum desipientibus: quandoquidem apud superos Momus ita se gerit, ut non facile nosci, & alius uideri possit plane, q̃ sit: Sed

cauendum item est, ne quis in aliorum incōmodum, atq; detrimentum plus sapiat, plusue teneat artium fal lendi, q̄ ingenia bona, & simplicia deceat. Quid illi mortales possint eloquentia, ex Momo perspicue licet intelligere, qui tam exquisita, excogitataq; suadendi ra tione instructus de mortalium gymnasiis ad superos rediit. Sed de Momi dictis, deq; tota causa quid a Io- ue optimo, & maximo sentiri deceat in promptu est. quid uero statuisse debeat, alii uiderint. At tu Mome illud uelim tecum deputes, an hic aut locus: aut tem- pus idoneus: accommodatusue sit, ut in conuiuio de his rebus iniocundissimis disputes. ut capitis causam agites? quid tibi uoluisti Mome? Vtrum philosophos: atq; eruditos ad inuidiam trahere? an deos lacessere di ctis: & ironia? sed nos o superi tam grandi, accurataq; Momi oratione commoti quid faciemus? illud ne præ teribimus: quod meminisse oportet: q̄diu fuerint mor- tales, tandiu fuisse & opinionum errores: & studio℞ uarietates: & disputationum ineptias. Sed tu deorum grauissime agedum Mome negabis ne: cum istis stu- diorum familiis: in quas tu tam atrocissime inuehebba- re: æternum fuisse quandam perennem inquisitionem: ueri: atq; boni? negabis ne philosophorum ope effe- ctum ut genus mortalium seq; : suamq; sortem non ignoret? Non enim erit ab re: neq; ab officio Mome: si abs te prouocatus congrediar. Etenim quis unquā apud mortales: tam proteruus inuentus est: qui se ma- ximorum deorum amplitudine: & maiestate dignum

deputet? quis est: qui nõ se quidem tam multis: quæ a diis susceperit: bonis prope dignum deputet? An erit ullus amens adeo: furoreq; adeo pcitus: quin mētem: rationem: intelligentiam: rerūq; memoriam: & eiusmodi: quæ lōgum esset psequi: cum præclara: pstantissimaq; & summo deorū beneficio esse cōcessa hoībus: tum & ipsis a dis: inprimisq; diuina a mente: atq; rōne ducta asserat: atq; confirmet. hæc ut homines dinoscerent: & pfiterentur: uiri docti: & in gymnasiis: bibliothecisq; nō inter errones: & crapulas educati effecere dicendo: monendo: suadendo: monstrando: qđ æquum sit: quod deceat: qđ oporteat, nō populariū auribus applaudēdo: nō afflictos irridendo: nō mœstos irritando: fecere inq̃ docti ipsi suis euigilatis: & bene diductis rōnibus: ut honos dis redderetur: ut cerimoniarum religio obseruaret: ut pietas: sanctimonia: uirtusq; coleretur. At qui hæc q̃dem eo fecere: quo cæteros meliores redderent: nō quo sibi inanem ullam gloriam aucuparentur, qui tametsi gloriæ cupiditate commoti tantas uigilias: tantos labores: tam multa diligentia: & cura res arduas, & difficiles suscepissent: atq; obiuissent, quis erit deorum omnium qui illis: præter te unum Mome: succenseat? Quis erit deorum omnium pter te Mome: qui illos nō de se bene meritos fateat? quis erit: quin illis: pter te unum Mome: habēdas grās: diligēdos: iuuādos: seruādosq; nō affirmet? Deorū āt cultores: atq; obseruatores (quales illi cūq; sint) nr̄o p officio o supi ne uero nō fouebimus. eorū saluti nō pspiciemus? eorū cāæ: cōmodis

rationibusq́ꝫ non opitulabimur? Eos demum, ꝑ quos hæc tam digna, tam grata, tam accepta constent, per quos di putemur, & ueneremur. Momus deorum causæ affectissimus cœlo annuente, atq́ꝫ impune oderit? siccine studio: & contentione rationibus deorum inseruire didicisti Mome? ut qui illic apud mortales: quo colamur, ueneremur, supplicemur, prouiderit: efficerit: instituerit, cum hic tuo dicendi artificio, & uerborum ambagibus inducas in odium superis? quid si nescias philosophi Mome: philosophi inq̃ hi sunt omnes iter mortales: a quibus superi multa: & præstantissima ad maiestatis decus: imperiiq́ꝫ culmen cum acceperint: tũ se accepisse non inficientur. Quibus ue & superi omnia pietatis officia tum debeant: tum & deberi fateantur. Et diligunt quidem eam studiosorum familiã Mome superi magisq̃ ut dictis tuis cõmoti eos uelint perdere: potius cupiunt eos esse non infœlicissimos: ac merito id quidem. Nam hi ratione: & uia assequuti sunt: ut sit nemo, quin deorum uim, & numen esse nõ sentiat: neq́ꝫ profiteatur: & se ad bonos mores, rectamq́ꝫ uitæ normam accommodet. Neq́ꝫ tamen uelim Momum nostrum deorum festiuissimum tam esse erga mortalium genus iratũ deputes, ut eos oderit: qui fortasse quempiam ex mortalibus asciuerit inter superos de me aduentitio: nouoq́ꝫ deo hoc testor, a me plurimũ deberi Momo: qđ filiæ iusserit: ut ad uos me sublatũ afferret: & te laudo Mome, si tuam erga mortales mẽtem: & animum bene interpretor, qui Iouẽ admones,

ut malit

ut malit quæ suæ sint beneficentie meminisse, q̃ quæ aliorum sint iniuriæ, si ad iniuriam pensandum est: qđ inconsulti homines admiserint. Ideo ni fallor pertinet o Iupiter, ut sic dixisse uelit Momus. tu quidem cum insipientibus omnino succensueris, officii erit sapientibus, & optime de dis meritis omnia ad gratiam, & beneficentiam referre, qđ cum fecisse uolet Iupiter o superi optimi, & quos nam diliget, quos ornabit, quos cælo dignos putabit? eos ne qui omnia turbent, nihil pacati, nihil quieti possint aut meditari, aut exequi? An eos potius, quos ratio quædam non ab scurrarum improbitate ducta, sed a uirtute parata, & constituta additum sibi ad Iouis, deorumq; gratiam, & beneuolentiam patefecerit, qui suo studio, diligentia, opere, labore, periculo plurima perquisierit, multa inuenerit, nihil prætermiserit: omnia temptarit, in mediumq; contulerit, quæ quidem ad hominum usum: ad uitæ necessitatem, ad bene: beateq; uiuendum conferrent. quæ ad otium, & tranquillitatem facerent, quæ ad salutem: ad ornamentum, ad decus publicarum, priuatarumq; rerũ conducerent, quæ ad cognitionem superum, ad metũ deorum, ad obseruationem religionis accommodarentur. Hanc Herculis ad Momũ orationem, & animos utrinq; iam ad altercationem paratos occupauit, atq; euertit repens exauditus ad cæli uestibulum strepitus: ad quem dinoscendum cum relictis poculis aduolassent, euenit ut in grandem inciderint admirationem conspecto, e regione maximo, atq; omni colorum uarietate ornatissimo arcu triumphali, quem quidem Iu

no coedificarat, auroq; uotorum conflato operuerat tanto & operis, & ornamenti artificio insignem, atq; il lustrez, ut cælicolaꝝ optimi architecti fieri id negarint potuisse, & pictores, fictoresq; oēs sua etiam in eo expin gendo, atq; expoliendo ingenia superata faterent. Alia ex parte successit ut maiorem in modum demirarent. quid sibi cumulus illic maximoꝝ deoꝝ intrasse tumul tuantium, & ad Cæli regiam infesto gradu ꝓperantiū uellet. ergo & illuc uersis oculis, & hic auribus arrecti: & animis in partes utrasq; solliciti pēdebant. illud in terea effecit ut acrius etiā mouerent, ꝙ uix dū eo appu lerant, cū illico Iunonis illud uastū, & īmane tantaꝝ īmpensaꝝ opus labans corruit: cuius fragore, & sonitu subincussa cæli (uti sunt ænea) cōuexa maximū dedere sonitum, quē ad resonātis testudinis tinnitū excæptū musici notantes ad memoriæ posteritatem, Iunonis il lud caducum, fragileq; opus Tini nūcuparunt. At po stea corrupto uocabulo Irim uulgo appellarūt. Iupiter uero, cæteriq; cælicolæ cum aliūde, tum hinc q̄ in oī re agenda sit ratio, mens, institutūq; muliebræ incōsul tum, & penitus ineptū, annotarūt. subinde re ipsa ma nifeste ꝑspexere cæpta mulieꝝ eo semꝑ tendere: ut ali quid discordiaꝝ, dissidiorūq; exuscitent. Nā & si eos in ter: qui tum aduētarant, deos aliquid fortasse aderat, quominus unanimes, & cōcordes essent, ad ueteres tn̄ simultates Iunonis nouissimū fem magnas cōtentio nū acrimonias excitarat, quas ubi ad Iouē detulissent, cōuersus ad Herculē Iupiter aio uehemēter cōmotus, En: inquit: & q̄ti est nos esse principes? quid hoies q̄

rantur nullã sibi aduenire horã horæ p similem, nihil ad aĩ sententiam secũdare? nos & di: & regꝫ principes integram unã sumere cœnã uacuã molestia nõ potecimus? Quos nã accusem? istoꝝ ne studia ĩportuna, & ĩsanas cupiditates, an meã potius desidiosam facilitatem? qua fiat, ut cum licere sibi per me omnia arbitrent? tum & interdum plus satis iuuet delyrare. Quid uis malim fore me, q̃ principem, dum quibus præsis, quorum commodis aduigiles, quorum quietem, & tranquillitatem curis, & laboribus tuis præferas: neqꝫ beneficii, neqꝫ officii memores in te sint, dum assiduis futilibusqꝫ expostulationibus obtũdere, atqꝫ uariis agitare sollicitudinibus nõ desinãt. Semp ne, o meũ cõuiuiũ, semp ne causis expostulationũ innouatis me corã cõtendere ad simultatẽ pseuerabitis? Quoties uestra sedaui iurgia? quoties a cõtumelia cohercui? a rixa distraxi? ab ĩsania reuocaui? quoties hos nr̃os tumultus oppressi? Thetim accusabat olim Vulcanus, tritæqꝫ iam tum uestræ hæ fuere fabulæ: q splendorem, lucẽqꝫ oĩs suæ dignitatis pollueret: atqꝫ extingueret. Vulcanũ Diana: Siluaniqꝫ di accusabãt, q umbratiles suas: amẽasqꝫ sedes hostili impetu, ĩmaniqꝫ iniuria populare: atqꝫ uastare aggrederet. Hos accusabat Aeolus: qui Zephyro: & Noto, & Austris, & Aquilonibus, cæterisqꝫ suis cõmilitonibus alas expilarẽt, plumasqꝫ decerperent, quas mõstris nauigioꝝ adigerẽt. Aeolum accusabat Neptũnus: qđ misceret oĩa, otiũqꝫ, atqꝫ æquabilitatẽ suaꝝ regionũ funditus pturbaret. Neptunnũ rursus & Thetis accusabat: quod se impio hospitio exciperet, nitoremqꝫ

atq; illibatum uirginitatis florē auderet uiolare. Hinc & noua dissidiorum, discordiarumq; materia oborta est. Iunonem accusat Neptunus, quod uotorum purgamenta, ædificationisq; rudera in aram Neptuninam per cōtemptū, & cōtumeliam eiecerit. Ceres ne suum in solum reiiciantur repugnat, ea item Vulcanus negat posse commode suis in officinis apud se recipi, & harum querelarum ad me in re quieta īmodestissimorum iurgia referunt. Ego delirantibus meas patientissimas aures præbeo. isti nostra abuti patientia nō cessant. nihil uerentur? quid hoc petulantie est? nunq̄ ne erit, ut hac uestra garrulitate mutuo uos lacessere: nosq; obstinate obtūdere desinatis? liceat per hanc nostrā patiētiam īsanire. At pudeat olim de nobis demū abiecte: atq; īpudenter sentire. An nō illud est īpudentiæ? quæ quisq; fastidiat eē apud se, ea ī principis gremiū uelle reicere? uota mortaliū deponi recusant apud se, quo alibi ponant̄. nō patet locus: ad me itur: expostulat̄. ut inde, atq; īde adimā. Quid hoc? an aliud est: q̄ efflagitare: ut quæ illis īgrata sint, quæ obscæna illis uideant̄. q̄ desertis: & īcultissimis suis in uastitatibus excæpisse nolint, ea in regiū tricliniū reiiciant̄. o nos miseros, si īpudentissimis obtemperandū sit, & īfœlicissimos: si his imperandum sit, apud quos nulla est principis reuerētia, nulla æqui, nulla pudoris obseruatio. putabam me aliqñ magna diligētia cōpositis rebus, & distributis pro dignitate imperii ab his præsertim molestiis uacaturū. nūc ne id Ioui maximo regum principi, deorumq; regi liceat nō cælicolæ modo, sed quod uis ferendum est. homūculi obstant. sed quid ego in hanc

unā pestem animātium, ne dicam hoīes: irascar. Hoc nimirum nostra effecit nimia facilitas, dum oībus obsequi ultro cupimus, oīum in nos temeritatē illeximus. dederā mortalibus, ut duras, & īdomitas eoꝝ mentes nrōꝝ muneꝝ admiratione mitigarē, atq; bnficiis ad bene de nobis sentiendum flecterē. plura longe, q̄ optare hoīes sit fas. nāq; principio dederā amœnissimū, odoratissimūq; ppetua floꝝ copia uer. Cupere se illi quidē dixere ut quā fructuū spem flores pseferrēt, mature traderē. Ea de re æstatem adieci, eiq; rei Vulcani fabros, oīumq; igniū officinam exercui, quoꝝ manu, & opera intimis ob radicibus succus in baccas educeret, atq; in ramos, fructumq; concresceret. quid tum demū saturi fructuum copia delectari se admodum, atq; cupere dixerunt, ut pristinum uer restituerē. cessi quidem eoꝝ libidini, collegi iccirco ab oī natura gignendaꝝ reꝝ igniculos, atq; baccis quasi thesauris inclusos foui spiritu, quo ad ueris opus, atq; ornamētū seruarētur. At īprobi illi tātoꝝ a me acceptoꝝ cōmodoꝝ īmemores, īgrati: īdigni mortales, ac nouaꝝ semp cupidi reꝝ, temporūq; suiq; admodum impatiētes, dū quæ a me aut petant, aut optent, nō habent amplius, dum ultro eis cōmodo, quæ ne optare qdem audeant, si modestiores sint: pro accepto beneficio nihil plus est, qd referant, q̄ merum odium. Nunc æstum: nunc algores: nunc uentos execrantur, & nos ea facere accusant, quæ suā in rem nō sint. neq; uerentur dicere nos ea facere: quæ uæsani: amentesq; nō facerent, sed merito accusant: nā eos prosequimur beneficiis, quos furialibus erinnibus ꝑsequi

est opus. Sed satis superq; furoribus exagitantur, quā doquidem se deoꝝ superum hæredes deputant, regni q; ptem deposcūt. Aut quis maior inueniri pōt furor, q̄ uersari in errore, trahi libidine, impelli audacia, uelle indigna, appetere imoderata, suis bonis nunq̄ nosse p frui, alioꝝ præmiis dolere, quæ quidem sua secordia, atq; ignauia recusent, refugiantq; cōsequi. & breue sibi datum uitæ spatiū cōdolent: qui supini tā multis pdendis horis ocio abutanť, & inter senescendum nihil agēdo marcescunt, morbos: & erumnas a diis importatas prædicant. De his quid est qď dicam? cū sit homo hoi erumnaꝝ ultima, pestis est homo hoi. Tu tibi homo tua uoracitate: tua ingluuie: tuaq; intēperatissimæ libidinis incōtinentia effecisti: ut doloribus excruciere, ut morbo langueas, ut ipm te male ferendo perdas. Dolet mortalium demētiæ: & mallem modestiori esse p̄ditos ingenio. sed quid agam? quo me uertā? quis ab i portunissimoꝝ cateruis obsessus oportunū sibi uspiā cōsilium reperiat? quis tā ferreus: tam ad oēs lacessentium impetus expositus: atq; obfirmatus erit: qui hæc diutius pferat? hinc altercantium inter se expostulationibus obtundimur, hinc uotis: aut potius execrationibus obruimur. Nec tātaꝝ molestiaꝝ, uexationumq; ullus adinueniet modus? At iueniet quidez. Quid tū? quo fruatur Mundus? nō placet hic status: hæc reꝝ cōditio grauis: intollerabilisq;. nouā uiuendi rōnē adinueniemus. Alius erit nobis adeo coædificandus mūdus: ædificabiť. pebiť. Obmutuerāt irato Ioue cæteri oēs di. At Momus sentiēs quid suis eēt cōsecutus artibus in p

turbandis tantope & deorum: & hoium rebus: exultabat
aio: sibiq; cogratulās gloriabat: qđ ex tā raro lædēdi ge
nere suas deprōpsisset uindicādi facultates. quas quidē ri
dēdo psequeret. Verum ut ad suas dissimulādi artes rediret
cōposito ad mansuetudinē uultu subridēs, Adsis q̄so o
Iupiter: & q̄ dixero: si p tuā facilitatē licet, cōsideres: sint
ne ex tua re: an nō. Hoiu; iprobitate, iprimis: q̄tū uide
re licet: offenderis: ac merito id quidē: quis. n. pter te illo
rū ieptias diutius pferat? Et soleo sæpe ipse mecū q̄rere:
unde sit, q nulla re sis magis q̄ facilitate: & māsuetudie
igratis: atq; imeritis homūculis parum acceptus. sed uide
parum ne sit hos labores suscipe: aliū coedificādi orbē: ut i-
gratissimorum q̄relas fugias. uide ne id deceat tātis cæptis
hoium isaniā uelle hr̄e castigatā. tu tñ de tota re p tua
prudētia cogitabis. Q cđ si tādē istos uoles homūculos
p sua temeritate: atq; pcacitate mulctatos reddere. Nos
ui quid facto opus sit potius: q̄ ut tātam ædificādi rē ag
grediare. Illi quidē: qđ pter cætera aiantia erecto ad side
ra spectāda uultu pstent: iccirco ex deorum se ortos gene
re pdicāt: & sua iter se deputāt nosse quid quisq; supu;
agat: aut meditet. Adde q dictis: factisq; cælicolarum redar
guēdis delectant: & deorum uitā: & mores cēsoria quadā
lege pfinire: atq; pscribere nō pudet. qđ si mihi credide-
ris Iupiter: uidebis eos pedibus sursu; uersus: & ima cer
uice obābulare maibus: quo & a cæteris q̄drupedibus
differāt: & manū a furtis: rapinis: icēdiis: ueneficiis: cædi
bus: peculatuq; absq; teterrimis r̄liq;: qbus assueuer: fla
gitiis cōferāt ad pābulādi usu;. S; muto sniā;. noui eo
rū mētes: atq; igēia pedibus ipis furari: pedibus iuolar &

cuncta ppetrare scelera triduo condiscent. Vt nihil fieri posse cõmodius cẽseam, q̃ ut mulierculaꝝ illis numeꝝ ĩgemines. O q̃tum dabũt pœnaꝝ, quãtos, qualesq;: & q̃ assiduos cruciatus experient. Aĩoꝝ est carnifex mulier, curarũq; flãma, furorisq; incẽdium: atq; oĩs tranqllitatis: & ocii pestis: calamitas: atq; pnities. Sed hic iterũ uerto sñiam: deoꝝ me supũ mouet rõ: nã unã admodũ si addideris hoĩu3 generi fœminã, tm̃ illa qdẽ ciebit maloꝝ, tãtas uexatiões: tantos reꝝ turbines, & tẽpestates excitabit, ut nõ dubitẽ futuꝝ, quin ea pfligatis: atq; pstratis rebus hoĩum: cæli quoq; fundamẽta collabefactata, ac penitus cõuulsa reddant. Tũ Iupiter ad Momũ annuens. siccine inquit Mome ẽt dum seria agãtur te exhibes ridiculũ. Tum Momus eníuero: inquit: recte admones. desino te ad risum: & Iouẽ uerbis illicere: & qđ instat: agam. Tu o reꝝ princeps agedum: ac si fas p tuã facilitatem est sic sciscitari: puelim quidem intelligere tua ne: an deoꝝ: an hoĩum gratia: & causa instituas nouũ exædificare mũdũ? Ego de me hoc fateor, nõ is sum, qui existimẽ habere te quippiã: qđ in tã pulchro, absolutoq; opere: atq; pfecto amplius desideres. neq; uideo cur in quo pficiendo oẽm diligẽtiam tuã: oẽs ingenii uires exposueris: in eo ĩnouando aliquid ĩmutari posse, nisi forte in deterius: arbitretis. Sin alioꝝ te rõ in tãtis cæptis cõmouet: & ita decresti uelle illis morẽ gerere: quoꝝ causa hæc aggrederis: scrutandas tibi primũ eoꝝ sentẽtias cẽseo: quoꝝ te causa: & commoditas moueat, ne forte his: quibus gratificari studeas: fias ĩgratus tuis frustra susceptis laboribus: atq; ĩpẽsa: & ea ĩ re ediscẽdũ

principio

principio iudico. Cupiant ne illi quidē orbem nouari, an corrigi. ꝑxime intelligendum quam nā statuant futuri operis optimam esse descriptionem. Interea ad deliberandum erit aliquid dandum spatii, quo aliud sit cogitandi, aliud agendi tempus. Cæterum redarguēdi ineptias, seu sint illi quidem di, seu sint illi quidem homines, semper erit tibi, ni fallor, integrum, semperq; patebit idem ipsum ut possis ex sentētia quicquid ad istorum pœnam statuas oportere: Verum id egisse intempestiue, ꝙ mature possis facere, haud quaq̃ sapientis est. Et omnis, qđ maxima ex parte opera, quæ inmatura est, cum perditur, tum etiam lædit. Vota demum, si uidebitur: poteris interea eo loci ad littoris margines exponere, quo mare ab tellure, & ab his aer discriminetur. Id si feceris, erit istorum nullus, qui sibi fieri iniuriam possit merito affirmare. Et e medio, quod amplius litigent, tolletur. Adde, ꝙ eo erunt loci uota exclusa, ut ea nullibi esse possis dicere. In hāc Momi sn̄iam Iuppiter facile adduci passus est: eamq; di omnes cōprobauere. Itaq; extremis inde littoribus ad mare uota distenta extant: esse ꝙ uota minutas illas ampullullas prædicant, quæ quidem illic luculentæ, & quasi uitreæ splendescūt. Q uæ cū ita essent, læti dii ab Ioue discessere: At fraus Dea Momi dicta pensitans, quam ea quidem in se haberent uim ad animos in quā uis partē concitandos facile perspexit. Miro illum callere doli artificio, atq; ad fingendi, fallēdiq; usum nimium posse Momū intellexit: Ea de re oēm simultatem sibi aduersus Momū longe euitā

P

dam post hac indixit. atq; ut sibi aduersarii grãm cõci liaret, quãta licuit arte frontẽ: uultũ: gestũ ad uenustatem, affabilitatẽ: comitatemq; cõfingit, atq; cõformat. Momus ueteris acceptæ ab dea Fraude contumeliæ memor p̄ nouissimo abse suscepto uitæ instituto grauiter, docteq; scænã agere p̄seuerat. longũ eẽt referre: q̃ se q̄dem q̄sq; eoꝝ cõpararit, atq; gesserit optimũ simulãdi artificem: dũ arte ars utrinq; illuderet. Tandem eo uẽtum est: ut inter cõgratulandũ dea Fraus de Momo q̃reret, q̄s nã sibi Hercl̃es sua lautitie: & mẽsaꝝ apparatu uideret. qui q̄dem unus deoꝝ oĩum maximũ: optimũq; cælicolaꝝ principẽ hospitio: atq; cõuiuio suscipere ausus sit. Cui Momus: en inquit & q̄d putes? an non dignus erit Hercules: quẽ tu Momo præferas, quem tibi ad grãm: & beneuolentiam spreto me adiungas: Tum dea, siccine agis mecũ Mome? Ego ne tibi, qui cum uetus: & dulcissima est cõsuetudo: & familiaritas: alium quẽpiam p̄feram? Sed de his alias. illud q̃so dicito. tu ne Herculẽ ip̄m apud mortales noras? Tũ Momus tu inq̄t: demũ, uti cepisti, seq̄re. nouos in dies amores secta: At Fraudi id liceat deæ. q̄d tum adeo semper ne oportebit his curis: & suspitionibus excruciari eos: qui te plus se ament? Veꝝ Herculẽ ames: Herculẽ agites: Herculẽ loquaris: Momũ despexeris: num ẽt ludum facies? Tũ dea meretricias mire blanditias: & cũ cætera: tum illc̃: me miserã: inq̄t: atq; infelicissimã: si q̄d de me uenire tibi in mẽtem põt: ut putes me istius mõi amãtiũ genus cupere. Hos ego Hercules nõ penitus abhorrendos ducam: atq; fugiendos: q q̄dem ingenio elati:

animis tumidi:successibus gloriosi:imperiosi: ĩportuni oĩa sibi, q̃ eoꝝ postulet libido:deberi deputẽt. Vel qualem ego illũ erga me futuꝝ interpreter: q deoꝝ pͥncipem alienis cõuitare in ædibus integra cõdiuoꝝ cautione ausus sit:Et huic tam insolenti qd erit:qđ negas se tuto possim.si forte me illi dedicem:Seruire id qdẽ esset:nõ amare.sed hac ĩ re Martis prudẽtiã reqro: qui aduẽtitiũ cælicolã:leuissimũ q; hospitẽ apud se tantisp insanire possit perpeti: Tũ Momus despecta scintillula: unde in Herculẽ posset aliquã ignominiæ notã inurere:illico eã arripuit inqens.nõ est is qdẽ Hercules:q nõ didicerit & ĩperare:& parere:ut tẽpori suoꝝ exigat rõ. sed ne adeo qdẽ impiosus est:ut te eũ odisse cẽseã. Tũ dea Ain uero inqt:parere didicisse Herculẽ? Audieram qdẽ istuc:sed ĩuidia dictũ rebar:. Tũ Momus subridẽs & qd nã ĩqt illud ẽ:qđ audieras: Tũ Fraus uix me dica cẽ redder tã belle ĩterrogãdo. Sed nõ ĩuita amãti pebo amãs. Audierã Herculẽ hũc ipm seruisse apud mortales. An uero mi Mome id est uti ferũt? quid taces? Tũ Momus gestu cõcitato:& aspectu ĩdignãti.en ĩquit credin me posse tuũ eẽ ludũ diutius? Cõuiuarit Hercules qd ad te? Lautus sit Hercules.quid ad te? amas Herculẽ:ergo id ad te.nõ tñ efficies:ut tibi succẽseã.amabo ĩmeritã:at amabo ĩuitã. Hisq; dictis frõte ad simulationẽ iracũdiæ uehemẽtius obducta se se inde subripuit. Ab se discedentem dea intuens secum ipsa inmurmurans inquit, Vale Mome, tu quidem conspirata, atq; absters barba tersior adopertiorq; a mortalibus redisti q̃ abieras: Vale. Vale.



Vperiores credo libri rerum uarieta
te, & iocis delectarunt. fuit ēt quic-
piam in illis, ut uidere licuit, qđ qui-
dem ad uiuendi rationē, & modum
conferat. qui sequentur libri, nulla
erunt ex parte aut iocorū copia, aut
insperatarum rerum euentu, & nouitate superioribus
postponendi. Et ni fallor, eo erunt fortasse hi ante-
ponendi superioribus, quo maiora, atq; digniora re-
censebuntur. Videbis enim quo pacto salus homi-
num, deorumq; maiestas, & orbis imperium fuerint
ultimum pene indiscrimen adducta. Et hac in re tam
seria, tamq̄ graui admiraberis tantum adesse ioci: atq;
risus. Sed ad rem proficiscamur. Itaq; indicarat Iuppi-
ter uenisse in animum sibi, ut deoꝝ, hominum ue cau
sa alium uellet orbem condere. quodquidem institutū
cum maiores: tum & minores di mirū inmodū com-
probabant. Namq;, uti fit, ad suos usus: & cōmodita-
tes eam rē interpraetantes quisq; sibi prospiciebat. Et q
fortassis erant inter cælicolas ignobiles, atq; alioqui
priuati, facile in eam spem adducebantur, ut sibi persua
derent a rerū nouaꝝ casibus aliquid adminiculi, atq;
occasionis ad se honestandum appariturum. Et contra
qui authoritate, dignitate ue præstabant, nō posse Iouē
arbitrabantur tantis in rerū motibus primoꝝ proce-
rum carere consilio, quo fiebat ut sibi præscriberent hāc
ipsam rem ad sui status robur: & firmitatem fore acces

furam. Hinc minores quidem di, quibus poterant arti-
bus suadēdi apud Iouem instabant, ut pro suscepto in-
stitutorem exequeretur: Tum & primates, optimates
q; deorũ causæ hmõi satis admodum suffragabātur ta
cendo, & interdum annuendo. Sed qua esse opus arte
apud principem intelligebāt, ea tum docte utebātur,
suas quidem in agēdis rebus cupiditates, atq; affectus
dissimulando obtegebant: & q̃ in primis affectabāt, ea
leuibus quibusdam uerborũ inditiis sibi haud quaquã
satis placere ostētabant, quo eorũ cõsilium, cum roga
rentur, utilitati principis, ac rei publicæ magisq̃ priua-
tis emolumentis, & studiis accõmodatum uideretur.
Neq; præterea deerant ex deorũ optimatibus qui qui-
dem seu q; animi quadam integritate, atq; maturitate
in rebus Iouis uersarentur, seu q; prudentis, & bene
cõsulti ducerēt plus semp in oĩ re putare ĩcõmodi sub
esse, q̃ appareat. Iouem id circo admonerēt ut tanto in
opere incohando iterũ atq; iterũ cogitaret, nequid in
perficiundo ostenderet, quo tanti cæptus interpellaren
tur. Et præcauendum quidem cum alias ob res, tum
ne facti pigeat, nequid in experiundo inuisum, atq; in
præmiditatum irrumpat: quominus res ex scia succe
dat. Accedebant & hi, qui propriis cõmeditatibus cõ
sulentes nullam rem aliam curabant præter id, ut Io
uem a suscæpto ĩnouandarũ rerũ instituto amauerēt.
nanq; Iuno uotorũ affluentia facta ædificatrix qđ uix
poterat perpeti, magis q̃ hominum populos perire:
huicq; causæ præter Herculem: qui quidem ĩseruādis
hoĩbus officio tāgebatur. Bacchus, & Venus, & Stul

titia dea: & hmōi pleriq; alii, q ab mortalium numero egregie colerētur, maximopere fauebāt. Tum & Mars qd' erugine architecto struendo porticu æneo uteret: cui centū columnas ferreas leuissime rasas: & perpolitas: adamantinasq; tecto tegulas destinarat. Iunoni ad res hominū seruandas ultro sua & studia: & operas accōmodabant: namq; ab hoībus quidē nō mō materia, & hmōi indies suppeditabatur. Verum & quo tersissimas redderet columnas: callos, atq; sudorem excipiebat. Ergo hi quidem di summopere elaborabāt dissuadēdo: hortando, poscēdo ne qd temere aggrederet. At Momus ipse secū rerū tantaꝝ pturbatiōe motus pfecto aiebat, est: qd' fertur: nulla inueniri tam āplam uoluptatē: quæ nō pusilla sit: ubi tu aliis nequeas impertiri. Quanta mea hæc esset uoluptas: si haberē q cū possem explicare sine periculo. O me beatum: qui potui uerbis adducere principem: ut tantas res aggrederetur Verū cōmoui hactenus: nunc īpellendus est. Sed qd ego? multoꝝ inuidiam in me comparabo. Et quid tū? oderint illi quidem ut lubet: modo sim uni huic cordi: Is me Iuppiter: dū nō respuet: dū excipiet: ut facit benigne: plus satis hn̄do fautoꝝ: uel quis est: qui deliro cū principe no insaniat: aut uincat, uti uincat malū. Ergo tu Mome una cum grege id suadebis fieri: quod si forte iam factum sit, uituperes equidem: Et qd ni id agā ut quæq; placere principi sentiā, eadem quoq; pbare me ultro ostētem. & quid ago? O me iteꝝ fœlicissimū: qui meis artibus ita mihi rem hanc parauerim, ut Regem me admodum esse cælicolarum sentiam. Quid

erit posthac: quod nequeat Momus? quando inieci inter proceres: quo maximis inter se studiis contendãt Atq; ita cõtendũt, ut sic me inde habituri forte sint arbitrum. hic igitur opus est insistam. Atqui dissentiant quidem inter se, conferet, quorum erga te impetum metuas. Nam si qui horum in te insultauerint, tu ad hos alteros confugias, ubi tot conspiratores ad iunges tibi, quot erant hi, ad quos concesseris. Sed de his uidero quæ tempus feret. interea iuuat de Iouis in me gratia, & benignitate melius mereri. commitiganda quidem, & commoderanda eius mihi est animi concitata ratio. Quid si ei tradam optimas illas cõmonefactiones de regno: quas olim apud philosophos collectas redegi breuissimos in cõmentariolos? profecto si legerit, sibi rebusq; suis cõmodius cõsulet. Hæc Momus, At Iuppiter uti est uetus quidẽ: & usitatus mos, atq; natura nõnullorũ ferme oĩum principũ, dum se se graues, atq; constantes hri magis, q̃ eẽ uelint, illic illi quidem nõ quæ ad uirtutis cultũ pertineãt, sed quæ ad uitii labem faciãt: usurpant, quo fit, ut cum qd ꝓdesse forsan cuipiã polliciti sunt, in ea re apud eos minimi pensi est fallere, & fallẽdo pfidiam & pfidia leuitatem: atq; inconstantiam suam explicare, cognitamq; reddere. Cũ uero molestos nociuosq; se cui uis futuros indixerint, omni studio, & perseuerãtia libidini obtemperasse, id demũ ad sceperi dignitatẽ: regniq; maiestatem deputant. Itaq; in suscepta iracundia plus dandum pertinaciæ: q̃ indebita gratia retribuendũ fidei statuũt: sic hac ĩ re Iuppiter neq; odia

dediscere suo cum animo: neq; non meminisse iniuria rum apud alios uideri capiebat. Sed cum nullam inueniret noui condendi Mundi faciem: atq; formã: quã huic ueteri non postponeret: neq; despiceret. Cũq; intelligeret se initam prouinciam satis nequire commode per suas ingenii uires obire: ĩstituit aliorum sibi fore opus consilio: Sed ita peritorum sensus: & mentes captare affectabat: ut si quid forte dignũ laude a quoq̃ in medium exponeretur: nullos inuentori honores: aut gratias deberet: Sibi uero inuidiam hanc nouandarũ rerũ inuenti gloria pensaret. Idcirco unũ olim: atq; alterum deorũ: quos esse acutiores opinabatur: atq; in primis Momũ: quem unum multo præstare cæteris omni laude ingenii existimabat: detinebat uerborum ambagibus atq; cum his flectabat sermones lõga insinuatione: quo ad illecti quid de tota re sentirent: expromebant. Nullos inueniebat: quorum industriam probaret: ingenio perq̃ paucissimi excellebant: rari: qui cogitandi labores: & inuestigandarum rerũ studia nõ refugerent: omnes tñ ita se gerebant: ut eos facile intelligeres, uideri uelle apud Iouem plus sapere longe q̃ saperent. Sed cũctorꝝ una ferme erat sñia: ut quos apud mortales omnia nosse prædicant: philosophos consulendos assererent: illos quidem cõplura de his rebus maximis: & grauissimis solitos cum mandare littæris tum in dies accuratissime peruegistare: & nihil esse rerum oĩum: de quo nõ audeant propalam discæptare. Valere quidem ingenio, & suarum artium cultu, ut si curam, & diligentiam adhibeant: facile omnem difficultatem

cultatem

cultatem absoluant. Cũ audiret Iuppiter philosophos tantopere uniuerso a cœlo comprobari: non facile dici potest q̃ eos desyderaret coram congredi: & colloqui, quod ni superiorem inuidiam noua inuidia coaceruare esset ueritus, fortassis adducebatur, ut omnes illas philosophantium cateruas cuperet inter deos cœlicolas ascisscere: quo deorum senatum tam illustrium patritiorum splendore ornatissimum redderet, sibiq; prudentissimorum consilio imperii sui rationes cõmuniret. Vicit tamen quod in mentem uenit: non esse ex usu, ut eos haberet apud se, quibus non imperandum: sed ob insignem grauitatem: atq; dignitatem esset obtemperandum: habendos quidem apud se eos præsertim: a quibus obseruari se metuiq; sentiat: non quos uereri oporteat. Accedere & illud: quod eos recusaret: qui se recte facere edocerent, & eos sibi dari cuperet, qui quæq; ipse ediceret: facere non recusarent. Que cum ita essent: diu, multumq; deliberabat, quem nam ex suis ad philosophos consulendos mitteret. Qua indisquisitione facile sensit q̃ non bene secum ageretur: dum nulli tam multos inter suos familiares adinuenirentur: quorum posset opera præclaris in rebus uti. At doluit quidem suos omnes tam esse omnino rudes, atq; imperitos: ut nihil bonarum artium tenerent, nihil homine dignũ nossent preter id, quod longo seruitutis usu didicissent. Id erat ad regiam lauto apparatu esse: ad principem assistere: appellentes arte quadam plaudendo excipere: confabellari, assentari, detinere: ut iam eos omnes cuperet abse mittere: atq; amouere: Sed nouos

deligere: quorum sibi essent mores ignoti minime cõducere suis inceptis arbitrabatur. Id circo ne hac præsertim in re: quam eẽ penitus occultissimam cuperet, se se aliorum fidei: atq; taciturnitati cõmitteret: instituit posito regio fastu solus, atq; ignobilis mortales adire philosophos tum consulendi, tum multo etiam uisendi gratia. Sed prius quo prestantissimorum philosophorum nomina: notas: effigies: sedesq; condisceret: habuit apud se Momum: & quantum potuit: quæ ad rem facerent: longis sermonibus expiscatus est. At hos inter sermones incidit: ut de sinu Momus paruas tabellas Ioui porrigeret: his dictis: fides: amorq; quo in te affectus sum Iuppiter efficit: ut meas ipse partes duxerim aliquid studii: & operæ in tuis seruandis: atq; augendis rebus exponerem: quo ad id possem. id circo ea sum aggressus cogitatione: & meditatione: quæ ad imperii tui decus, & dignitatem spectare arbitrabar, Tu ea cum tibi erit otium: ex istis tabellis: quibus mãdata sunt, cognosces. hac lege: ut quæq; tibi in his prudentiæ partes minus satisfecerint: eas tu fidei acceptas ne feras. Susceptis Iuppiter tabellis: & ab se misso Momo, tabellas ne aperuit quidem: sed neglectas reiecit in penetrali: seq; ad iter accinxit animo admodum alacri & prompto. Sed istiusmodi obiuisse peregrinationẽ postremo tulit ingrate. Namq; ut primum ad mortales appulit: in Academiam forte ingressus complures illic: uariosq; mortalium reperit huc: & illuc, & omnes per angulos uagando queritantes: ac si abditum aliquem noctu comperisse furẽ elaborarent. Quos adeo solici-

tos intuens Iuppiter obstupuit: ipsoq; gymnasii uesti
bulo hæsitauit: mox ubi eos uidit lucilucas: musculas:
blactas inter digitos gestantes: atq; his quasi in um-
bra positis pro igniculis utentes, risit: quoad ex queri-
tantibus quidam o inqt insolens ne tu & nr̄m Iouē
philosophorum percontatum accessisti? Tum Iup-
piter & quem nam inquit perconter? Tum illi Plato
nem inquirunt naturæ mōstrum: quem quidem hoc
esse in gymnasio certo scimus. sed quo eum comperis-
se loco detur, non habemus. At eius interdum audire
uisi uocem sumus: interdum ꝙ eius ob oculos facies
obuersari credita est. Verum ille nusq̄ minus. Sed qd
agimus: heus & tua ubi nam luciluca est? His uerbis
Iuppiter in suspitionē incidit: atq; pertimuit ne hi: quos
omnia etiam occultissima nosse sibi persuaserat: ludicra
istac ueluti scena exprobrarent sacrum ab se deoꝝ in-
signe fore ita contectum: ut cum adesse coram deus in
telligeretur, tn̄ nusq̄ satis dinosceretur. Idcirco illinc se
cedens iam tuta accusaret initam perfectionem suam
incipiebat. Interea sensit seducto quodam ī uiculi spatio
intra putridum: reiectūq; dolium multo hiatu oscitan
tem quempiam seq; uersantem. Quo cum appulisset
propius: & in dolio coactum hoīem in globum demi
raretur, accidit ut solis radios: qui adimfluebant: inter
riperet. Ergo inclusus ille toruis oculis: tetraq; uoce
increpans apage te inquit hinc o, insolens specta-
tor, si dare potis non es, ne adimito solem. Tum
Iuppiter tanta abiectissimi hominis acrimonia conci-
tus, & rerum: quæ ageret præ indignatiōe oblitus, tibi

inquit æternum: si uelim: solem dabo: atq; rursus adi-
mã. Hæc ille cum audisset, caput edolio quasi testu-
do proferens multa cæpit conclamitare uoce accurrite,
adeste populares quo ad multitudo artificum aduola
uit. Hunc inquit Iouem cõprehendite: ac cogite: ut pu
teos atq; cuniculos uestros sole oppletos. reddat: Hic
Iuppiter superiores Momi, deæq; Virtutis casus repe-
tens, nihil erat malorum: quod non ab insolenti: quæ
circum irruerat, multitudine expectaret, beneq; secum
actum deputabat, si nihil plusq̃ dimidia mulctatus
barba tam inepti consilii sui pœnas lueret. Hunc ita
perterritum: & titubantẽ intuens ex his: qui congrue
rant unus pater familias homo sane frugio inquit ho
spes sine hũc Cynicum philosophum dignam se uitam
degere: qñ quidem nihil sibi esse rerum omnium reli-
ctum uelit preterq̃ ut possit omnibus maledicere: &
mordere. At Iuppiter ubi hunc esse philosophum in-
tellexit: ni mirum ad concæptum metum addidit no
uam suspitionem istic se quoq; agnitum existimans.
Ergo nihil sibi antiquius ducit: q̃ ut consertissima ex
plebe se illico proripiat: atq; abducat: Itaq; secedens p-
cul respectat quempiam mediam in cõuallem sub po
meriis urbis obscæna inter aminantium cadauera cõ
sidere: atq; cultro hos: atq; hos seu canes: seu mures cõ
cidere: atq; præsecare. Id sibi cum uisum esset opus par
tim mirabile: partim ridiculum: procedebat: ut rem co
gnosceret. Eo cum propius accessisset: constitit. At ho-
mo Iouis aduentu nihil cõmouebatur: sed a finitimis
laribus interim subaudito mulieris cuiusdam eiulatu,

quæ filii mortem deploraret: abscecandorum animantium opere paulolum destitit: Atq; Iouem despectans: & subridens sium tanti est: inquit, uelle q͂ nequeas: Id dictum Iuppiter non ut erat in eam dictum, quæ filiũ forte inmortalem fore optasset: sed in se dictum pensitauit. Et discedẽs quid hoc mali est: inquit: apud mortales? ne uero & stulti etiam philosophãtur. iamq; decreuerat ad superos redire: ne quid grauioris incõmodi subiret. Ex urbe igitur excedenti euenit, ut cum prope uallum: atq; sepem horti cuiusdam peruaderet: sensisse uisus sit non nullos intus disceptantes de diis: & maiorem in modum altercãtes. Adstitit. Hic altercantium unus elata uoce forte sic dicere agressus est. Vt intelligatis quid sentiam. hoc affirmo: rerum orbẽ non factum manu: neq; tanti operis ullos inueniri posse architectos. immortalem quidem ipsum esse mundum: atq; æternnm: & cum tam multa in eo diuina & quasi membra conspiciantur: statuo totam hanc machinam deum esse. Si ullus in rerum natura deus: aut mortalis: aut immortalis est: qui uero contra periturum mũdum opinetur: num is insanire quidẽ deum posse putabit? An ipse potios insaniet: ubi non conseruatorem tantorum: tamq; absolutorum operum denm: sed peremptorem futurum possit arbitrari? Alius contra. At ego inquit sic censeo infinitos in hotas concrescere, atq; consenescere capacissimum p inane mundos minutissimis corpusculis concurrentibns: atq; congruentibus. Num tu inquit alius deos tollis? Caue te esse ita impium sentiant. Sunt enim omnia plena deorũ.

Hæc audiens Iuppiter obstupuit: atq; non satis: pro ut sua ferebat suspitio: demirari poterat unde in hoc genus hominum tantũ cognitionis incessisset: ut se post sepem: & uallum abditum: & delitescẽtem agnosceret. Non igitur est inquit ut hic tuto diutius eẽ possim apud mortales. Celumq; id circo petiit tanta de philosophis imbutus opinione: ut incredibili arderet cupiditate ediscendi quid demum docti illi pro suis institutis rebus decernerent. neq; dubitabat illos quid uis rerum obscurissimarum: atq; difficillimarum nosse: & posse', quorum tam preclara in se dinoscendo exempla spectasset. & hanc opinionem augebat: q in Academia uidisset ex quæritãtibus illis aliquos nitenti barba: & lauto apparatu fluenti ab humeris purpura: leni incessu: commoderatis oculis ob ambulare: ut eos cælo dignos: & deorum habendos magistros existimaret. Sed pro instituto cum operis gloriam sibi cõcupisceret: & suo se ingenio assequi nõ posse animaduerteret: cõmento ad eam rem usus est eleganti. Nãq; accito Mercurio edicit, uti ad se Virtutem deam ab inferis deducat. dedecere quidem tam insegnem: & prestantissimam dearum in tantis rebus agendis non acciuisse. Negãti Mercurio deam male a superis dis: atq; Inferis accæptam: & ea fortassis de causa latitantem facile posse comperiri. apud philosophos illos tuos inqt Iuppiter ni fallor, inuenies. qui se totos illi dedicarũt. Tum Mercurius caue inquit o Iuppiter illos inueniri posse putes tam uanos: atq; mẽdaces. Vt rem teneas de illis ipse non nunq̃: q Virtuti afficior: quæsiui eam

ne dam uiderint, illi eam quidem apud se per q̃ fa-
miliarissime diuersari deierant. At demum dea nusq̃
minus. Tum Iuppiter. tu tamen inquit abi: & percon
tare. sic facto opus est. Sed ita agebat Iuppiter. quod
norat q̃ esset quidem Mercurius curiosus: q̃q; nouis
indies iungendis hospitiis paciscendisq; cõmertiis dele-
ctaretur: quo futurum prospiciebat: ut linguarũ deus
aliquid a peritissimis philosophis acciperet, cum de re
bus deorum: quæ sciret, & quæ nesciret, omnia suo
pro more conferret: & id quidem per opportune ad
suas institutas res fore ut referret. Interea apud supe
ros studia partium tantas in simultates: & factiones ex
creuerant: ut omne cælum non minus q̃ tris esset in
partes diuisum. Namq; hinc Iuno, quæ edificandi li
bidine insanibat, q̃ poterat maximam suarum partium
uim, & manum: & bonis: & malis artibus cogebat,
ad hoiumq; salutem tuendam instruebat: hinc contra
turma illa populariũ, & eorũ quidem: qbus nõ ex snia
cum statu rerum suarum agebatur, sponte congrue-
bant. sed immoderatam rerum nouandarum cupidita-
tem, qua flagrabant, studio gratificandi deorum Prin
cipi honestabant. Medium quoddam tertium erat ge-
nus eorum: qui cum ignobilis, leuissimiq; esse uulgi ca-
put, graue & periculosum putarent, tum & cuiq̃ priua
torum subesse recusarent, contentionum euentum sibi
etiam quiescentibus expectandum indixerant: Ea men
te: ut inquãcumq; uisum foret partem tuto, attem-
perateq; prosilirent, suisq; motibus rem puoquo uer
sus uellent, ex arbitrio traherent: Hi demum omnes.

apud Iouem unam eademq; rem: sed uariis: diuersisq; causis: & rationibus poscentes instabant. Alii. n. ut p expectatione succedētibus rebus cōgratularentur. Alii ut rebus non ex snia succedentibus mature: prouiderent. alii ut occasionibus præstitis attemperate uterentur. Id autē erat: ut olim quid de orbe innouando Iuppiter statueret: enunciaret. Quæ cum ita essent: Iuppiter: ut molestam odiosamq; ab se assiduitatem solicitātiū excluderet, fretus inprimis legatione Mercurii: qua sibi persuaserat futurum: ut apud rude uulgus deorū multum gratiæ: & gloriæ pulcherrimo aliquo philosophorum inuento assequeretur. edicit proximis cœlicolarum Kalendis se concionem habiturum: & quæ decreuerit explicaturum: & omnibus deorum ordinibus satisfacturum. Sed hæc Iouem spes de Mercurio multo fefellit: nam cum adiuisset Mercurius terras: & positis talaribus Academiam philosophorum officinam peteret: euenit ut Socratem philosophum ipso in angiportu solitarium offenderet: quem cum nudis uidisset pedibus: & trita ueste adstantem ratus plebeium quempiam: eo ad hominem se fronte: qua erat: liberali: & indole nimirum diuina confert. At qui heus: iquit: homo ubinam hi sunt: apđ quos uiri & docti: & boni fiunt? Socrates ut erat mirifica præditus affabilitate: & comitate peregrinum conspicatus adolescentem forma egregium, facieq; insignem, pro innata sua consuetudine cæpit callida illa, qua assueuerat, differendi ratione alios ex aliis elicere sermones, quo ad & qui esset Mercurius: & qua dere appulisset, & quid superi pararent omnia

rent omnia

rent omnia exhausit. Interea ex Socratis auditoribus unus & item alter accesserat: quos cum non paucissimos pro re agenda Socrates adesse intellexisset, manum in Mercurium primus iniecit. At qui adeste: inquit, familiares: apprehendite hunc alioqui indole nobili: & liberali præditum, sed inaudita: incredibiliq; insania laborantem. o deterrimam hominum conditionẽ, quam multos habet ad nos perturbandos aditus insania? Quid ego nunc querar furere alios amoribus, odiis: cupiditatibus: libidinibus, quid hoc hic se esse Mercurium prædicat: & ab Ioue demissum olympo: ut Virtutem, quæ ab cœlo exulet: deã peruestiget, ubinam sit, ac parasse quidem cœlicolas orbem rerũ euertere: & eum cupere innouare. quis hic furor est? His auditis: qui Mercurium præhẽderunt, in maximos risus exciti cum negligentius Mercurium obseruarent, Mercurius: ut erat pedibus celer: ipsum se eripuit fuga: & casu deuenit in uiculum: ubi intra dolium Diogenes inhabitabat, quo in loco seducto: & arbitris uacuo ab cursu fessus constitit. Interea improbus quidã lenonis puer adiecto fuste: quẽ manu ebrius gestabat: Diogenis dolium putre, & uetustate pœnitus confectum multa ui illisit: atq; confregit. At mox inde conspectu euolauit. Ea cõtumelia porcitus Diogenes quasso ex dolio prosiliens cum alium neminem præter Mercurium uideret: rapto eodem: quo esset lacessitus, fuste sedentem petit. Mercurius atroci: & insperato insultu absterritus uoce maxima cæpit popularium opem, atq; auxilium acclamitare, & in Diogenẽ uersus: qui se inter acclaman

dum percussisset: siccine: inquit: in liberum hominem, atq; inmeritum facis iniuriam? At Diogenes contra: sic cine tu: inquit a seruo tibi iusta: atq; emerita rependi do- les? Tu impure: tu sceleste. tu iniustus exutisti, qui qui- dem quietum lacessere: qui domum diruere: qui ex la- ribus: sedibusq; detrudere insontē non sis ueritus? Tua est adeo tua hæc intolerabilis iniuria? nam meo quidē in facto non iniuria: sed error est. nam ceruicem quidē, non quam incussi genam petebam fuste. Ad Mercu rii uocem pauci cursitarant. hi re intellecta hortati sunt, ne in philosophum istiusmodi esset iratior. De hinc ad Diogenē uersi accursitarūt hi re intellecta hortati sunt: ne in philosophum istiusmodi esset iratior: deinde ad Diogenem uersi redarguendo his uerbis usi sunt. Dede cere quidem, qui se philosophum profiteatur: non tem perasse iracundiam & quam rem in hominum uita tan topere improbent: eam ab se non habere alienam: fla- gitium esse. postremo addebant nihil esse turpius: q̄ ege num: & destitutum hominem per impatientiam delira re. At contra Diogenes: en inquit: admonitores audiē- dos: qui mea in causa cum uelint esse: me, qui ipsi in alie na non sint. meum tu me iubes dolorem ferre patiēter, cum alienum tu ne feras quidem moderate? Ergo mer curius decedens sic secu; stomachabatur: his ne credā: qui asserant illud hominum genus fore sapientissimū, quod lr̄as tractent, qui re ipsa sint stultissimi? mirabar q̄dem si una cum sapientia tantum posset odiū sui persi stere. Nudi ambulant, sordide uiuunt: doliis habitant, algent: exuriunt: quis eos ferat? q se se nō ferant: sibi oīa

denegant, quæ cæteri cõcupiscunt: ne uero is nõ furor est: nolle rebus perfrui: quæ ad cultum: ad uictũ faciãt: qbus cæteri omnes mortales utant. quod si plus cæteris in ea re sapere se arbitrantur, superbia est: stultitia ẽ: ut eos æque errare aliis in rebus: quas nosse ꝓfiteantur, deputem. ꝙ si se reliqs esse hominibus in urbanitatis officio similes recusant: execrabilis quædam eos incessit feritas, atq; immanitas. sed istos sordidissimos sinamus esse miseros, quo ad inuisa istiusmodi philosophandi ratione uitam degant illepidissimam. Hisq; dictis rediit ad superos, Iouemq; salutans subridens inquit. Qui aliorum sensus, & mentem indagaturus accesseram, inueni qui mea secreta omnia exhausit: Mercurium Iuppiter & tam cito: & liuenti cum gena redisse aduertens, remq; percontatus non facile dici potest ex istius peregrinatione plus ne uoluptatis, an tristitiæ exceperit. uoluptati quidem fuit ridiculam totius peregrinationis historiam intelligere. dolori uero fuit. ꝙ penitus nihil pro expectatione factum sentiebat. Sed cum satis Mercurium esset alocutus: & non cessaret Mercurius omni dictorum contumelia philosophos prosequi. Vide, inquit Iuppiter: ne tua uerborum intemperantia tibi uitio sit atq; effecerit: ut quos uituperas, hi meritas abs te pœnas desumpserint: noui quid dicam. plus sapiunt illi quidem rerum occultarum, q̃ opinare. quid si præsenseriut suis inuestigandi artibus te Mercuri esse eum, qui se apud me insimulare leuitatis assueueris? His dictis Mercurius animo factus perturbatior, e

Iouis conspectu se se abdicauit. At Iuppiter suarum re rum statum repetens in tanta consiliorum inopia qua secumq; in mentem incidit consilium: arripuit. A pollinem, quem unum omnium deorum sapientissimum & sui cupidissimum habebat, amotis arbitris apud se habet, & admonet quæ nam sibi rerum difficultates in stent. non multo abesse Kalẽdas prestitutas: quid senatui, populoq; deorum ex edicto referat deesse. demum cætera omnia præter suam Mercuriiq; peregrinationẽ ad philosophos factã explicat. Postremo rogat utiquã possit opem: atq; auxilium suis iam prope afflictis rationibus afferat. Omnem Apollo in tuẽda, seruandaq; principis bene de se meriti maiestate pollicetur curam, operam, atq; industriam adhibiturum, modo tantis rebus agendis ualeat ingenio. fidem uero: & diligentiam profecto non defuturam. neq; ullum pro cõmodis: & emolumentis Iouis recusatarum se laborem, pericula, difficultates. Illud uideat ne quod se uelit facere: id cum iis conueniat, quæ sibi in mentem uenerunt. nam uersare quidem apud mortales genus quodaʒ hominum, qui philosophi nuncupentur: quorum sint plæriq; ausi nouas: atq; in auditas cõmentari formas orbis. hos se aditurum: & cõsulturum, neq; futurum ut uereatur in dubiis rebus eos consulere: qui bonis artibus, & disciplinis înitantur. Amplexatus Apollinem Iuppiter, atq; exosculatus, nũc: îquit, resipiscere a maximis animi curis per te incipiam o Apollo. noui solertiam: noui & uigilantiam tuam. omnia de te spero quæ huic causæ opportunissima: accõmodissimaq; sint. i, sequere. faciam quis

dem ut sentias te aduersus memorem accepti beneficii functum fuisse officio. Tum Apollo se accingẽs ad iter capessendum. age sis iquit aliud ne me uelis? Tum Iuppiter recte: inquit, nam est apud mortales Democritus quidam minutis animantibus cedendis nobilis, sanus ne: an insanus sit: uaria est opinio. Sunt qui philosophum. sunt qui delirantem prædicent. peruelim fieri certior: quanti homo sit. Tum Apollo: tantum ne hoc est: quod cum maxima nouandi orbis cura apud te conueniat. Sed rem expediam: hicq; tibi iam id inuẽtum dabo. Ergo sua ex crumena: qua sortes inerant: hos eduxit uersiculos

Quæ tamen inde seges: terræ quis fructus apertæ.
Gloria quãta libet: quid erit: si gloria tantum?

Lectis uersiculis, omniũ hic inquit stultissimus ẽ mortalium. Subrisit Iuppiter. Atqui adsis inquit sortem iterato educito & spectato, sit ne itidem quem dixero sapiens, an insipiens. Eduxit Apollo hos alteros uersiculos

Scire erat in uoto damnosa canicula quantum.
Rederet augusto.

Ergo in quit omnium is quidem sapientissimus est. Hic uehementer arridens Iuppiter: ote inquit ridiculum. & quas nam sortes esse has tuas dicã? quæ ex stultissimo tam repent queant sapientissimum redde re Democritum? neq;. nalium appellare succurebat. Tum Apollo at inquit inpromptu est: quo hæreat res: sic interpretor. Sciscitãti Apollini, cuius est die in illustrare? sortes diurnum quaem se habeat Democritus: hominem decantarunt. At subinde Ioui, cuius præter id: qd

aliis impertitus sit: sua sunt reliqua omnia, qualẽ æquæ se Democritus reliquo habeat tempore: sortes liquido explicauerunt: ut sentire nos hic oporteat hominẽ hunc noctu sapere per pulchre: eundemq; interdiu insanire. Risere. atq; abiit Apollo. Iuppiter uero plenus spei per alacritatem Kalendas expectabat. At cum ipse aduenissent Kalendæ: & in arcis atrium di cum solemniũ causa: tum & contionis ineundæ gratia læti frequẽtes uenissent: Apollo uero nusq̃ appareret, incredibili mæstitia Iuppiter affectus prope contabescebat. Iam Fata, quorum erat muneris sacros curare ignes facere pro more aggrediebantur. Alia ex parte confertissimi di poscebant ut ab Ioue concio indiceretur: cuius ergo in primis acciti conuenissent. Ille uero: quod esset nihil commentatus, ad tantam de se expectationem progredi refugiebat. sed præscriptam de contione habenda legem suo facto rescindere, neq; ex graui principis officio, neq; ex sua re ducebat esse: quod intelligebat quanti sua intersit minime uolubilem, minimeq; uariabilem haberi Iouem. q̃tumq; conferat eos, qui rem. p. moderentur, ita sua omnia quadrare: ut sic dixerim, instituta, ut in recto æquabiliq; consilio facile acquiescant. Ergo ut aliquid rerum agendarum festinantibus interiaceret, atq; intermisceret, quo interea deorum desideria ab causa hac difficili: & graui diuerteret: & distineret, imperat fatis solemne inchoent. mox se ad futurum, atq; cætera expediturum. Itaq; stant Fata lautissimo habitu manu postes attinentes. ac deorum, dearumq; ingredientium ordines recensent, igniculosq; flamines, quos deitatis ex-

tare ad uerticem insigne dixeram: celicolis instaurant. At Iuppiter interea inter cunctandum secreta obclusus aula solicitudinibus: curisq; obruitur. Tandem egressus potius ut aliquid ageret, q̄ ut quid ageret, intelligeret: se in templum infert. Illic solemne rite: ac pro uetere more sanctissime peracto, dum senatus deorum Iouem salutatum aggrederetur, unus ferme maximorum principum Apollo desiderabatur. Erant idcirco qui Apollinis contumaciæ succenserent. Iuppiter neq; purgare absentem, neq; moderate pati obtrectatores, & dici non potest q̄ perplexe se se agitaret animo: atq; in omnis partis hæsitaret. Tandem incidit in mentem: ut Momum regem institueret senatus: comitiorumq; principem faceret: non quo illum tantis honoribus dignum cēseret: uerum ut ostenderet audacibus: ambitiosisq; nonnullis deorum se ad illos augendos: atq; ornandos ultro omnia: sponteq; uelle conferre: qui quidem non imperare: sed obsequi: & gratificari didicissent. itaq; iubet in comitium classes deorum immittat: ordinibusq; uniuersos considentes habeat: apudq; populum uerbis Iouis ita agat. Cupere quidem Iouē quæ ageret: quæ ue meditaretur: oīa oībus uæhementer placere: & decresse quidē singulis, quoad in se sit: morem uelle gerere: quæ res cū ita sit, adductum se ut priusq̄ suam proferat sententiam optet fieri certior ex tota mundi congerie: sit ne quippiam quod uelint seruari ad nouum opus: integramq; transferri potius, an funditus uelint euerti uniuersa: atq; perfringi. Tum & de tota re edicit: ut quid quisq; cum suis: tum cōmunibus rationibus conducere ar-

bitretur licenter aperteq; disputēt: non affuturum se in contione utili consilio: quod cauisse uelit ne qui for- te humiles di: & in publicis insueti præsentiam Regis uereantur, ac perinde dicere, quæ sentiant: retardentur. Hæc mandata maximarum, insperatarumq; fuere per- turbationum causa. quam rem futuram Momus: ut erat acutus: atq; ingenio excitus: fortassis animo præsa gibat. sed Ioui, cui iam pridem suum dedisset consilium inscriptum tabellis, solicitare nouissimis admonitioni- bus non audebat. tamen conferre arbitrabatur quo- quo pacto Iouem ab inconsiderata innouandarum re rum libidine īterpellaret: idcirco si tuam per facilitatem īquit, licet Iuppiter, quæso tabellas ne quas pridie a me accepisti legistin? De his alias inquit Iuppiter colloque- mur. nunc quod instat agito. Tabellas iuppiter ne sibi quidem traditas meminerat. Ardentem alacritate con- cionem offendit Momus, & studio rerum nouarum obsequentissimā adeo: ut uix crederet tam nolentes, & lubentes obtemperare. sed illico: ut cæpit mandata io- uis explicare, & se regem senatus: contionisq; principē gerere: sensit tantam in singulis animorum fieri cōmu- tatiōem: ut ad uultus, frontisq; tristitiam addi amplius nihil posset. Nō est ut referam: quantum inuidiæ ob id aduersus Momum, quantum querimoniarum aduer sus Iouem insurrexerit: & apud ꝓceres: & apud infimos plebeios nullorum erat oculis aspectus momi non gra uis: atq; inuisus. Momi uerba omnibus molesta, Mo- mi facta singulis infensa, quin & tantum flagrabat odii in Momum, ut se in faciem sentiret execrari, & quoquo

uerius

uersus uertebat oculos, illic expectabat explodentes: & contumeliosum quippiam ad sui fastidium gestientes. qui tum omnes: & si ita essent animati: ut uix a Momo refractis subselliis impetendo manus continerent, tamen se se ab iracundia Iouis maximi metu reuocabant: atq; cohercebant. Tandem rogatus primam dixit sententiã Saturnus: uoce ita supressa: uerbis ita raris, gestuq; ita defesso: ut potius conatum loqui: q̃ locutum diceres. pauci reliquum sonitum uocis immurmutãtis excæpere. Aliqui tamen ferebant Saturnum dixisse: se quidem petere ut suæ senectuti ueniam darent: si quid minus orando posset. quando & latera: & pectus quassum: & imbecille haberet attritis, consumptisq; uiribus senio. Proximo loco Cybele deorum mater rogata diu nutãs oreq; admodum, pro uetularum more: irruminans: cũ satis, diuq; suos respectasset ungues. enimuero: inquit, de his rebus grauissimis, atq; rarissimis cogitasse oportuit. Tertia fuit Neptuni sententia: is quidem acri uoce: atq; aspero tono, tragicoq; quodam dicendi more sentẽtiis tritis: & locis cõmunibus late: diffuseq; uagatus qd uis aliud potuit uideri uelle dicere: q̃ quod ad rem: qua de agebatur: ulla ex parte ptineret. Successit Vulcanus & is quidem suam omnem orationem hac una in re cõsumpsit ut affirmaret uehementer admirari se quidem q̃ sint in deorum numero plurimi tanto præditi ingenio: ut de rebus his: quorum gratia conuenerint: docte: atq; erudite norint disseruisse. Mars uero: cum ad se uẽtum esset, nihil plus habere se, quod pro re diceret: affirmauit: q̃ ut polliceretur accinctum, paratissimũq; arbi-

S

trio imperioq; Iouis Martem affuturum: & prestaturū quidem operas demoliendo: conuellendoq; mundo: Plutonis oratio auaritiā sapere uisa est. q͂ se habere atte status sit modulos nouissimi opis perq̄ pulcherrimos quos proferret. modo quid prius paciscerentur, suos. n. labores: atq; industriam nullis propositis præmiis de-cresse nō condonare. Hercules pstita occasione, ut diu: multumq; præmeditatam orationem de suis laudibus tam celebri: tamq; inconfertissima concione recitaret: si-bi haud quaq̄ defuit. sua gesta magnifice extulit, & grā dia de se in posterum pollicitus est. demum de tota re se ad Iouis sententiam referre dixit. Venerem risere di, quæ excogitasse noua quedam miri artificii deierabat: ni paululum quippiam totam rem plurimum impedi-ret. Sed optimum rerum magistrum speculum consu-lendum. Diana inuenturam se optimum quendam ar-chitectū pollicita est. sed negare id genus artificum uel-le imperitis censoribus subesse: ne quod arte abse elabo ratum sit: alii: ut aliquid fecisse uideantur, mutando ui-tient, atq; deprauent. Iunonem callidiorem putarunt, quæ plures fieri Mūdos uariis formis suadebat, & hos atq; alios habendos ad satietatem. Cum autem ad Pal ladem uentum est, ea uti ex ante composita, constitu-taq; scæna cum Iunone, cæterisq; illarum partium con spiratoribus conuenerant: se habere enuntiauit: quæ cū Ioue ipso de his rebus conferat. At quibus mandatum negocium erat: unus: & item alter deorum præconsti-tuta inter se arte: & fraude magnis uocibus redarguere: eiusq; superbiam increpare, quæ tantos deos: totamq;

concionem indignam putet, cui pro communi utilita-
te meditata communicet: illa altercari. hinc ex ordini-
bus plures studiis partium excitati in conuitia con-
ueniunt, inglomerantur, constrepunt. quem tumul
tum: atq ordinum perturbationem spectans Mo-
mus supraq̃ cæteri omnes uoce illa sua boanti hos,
atq hos increpans ita conclamitabat: ut solus ipse tan
to ex comitio audiretur. At cum sedare tumultuantem
contionem iterum: atq iterum frustra temptasset,
commotus facti obscænitate excanduit: quo ad plu-
rima per iracundiam dixit: immoderate, inter quæ ex
cidit ut diceret: non iniuria apud mortales ueteri san-
ctissimoq more, & lege obseruari: ut publicis abi-
gerentur: excluderenturq mulieres. Addidit his eti-
am Momus ut diceret: etenim quænam temulen-
tissimorum lustra his cõuitiis comparabimus? Quæ
dicta ab tota concione audita cum animos cunctorum
iam tumidos: atq indignatos offendissent: ut erãt iam
tum primum concepto odio irritati, siccine, inquiunt
Momus hic sua cum demorsa barbula ab exilio erit
restitutus, ut nostram ad ignominiam nouus exi-
stat censor? Hunc concionis animum intuens Dea
Fraus tempori inseruiendum rata ad Iunonem ad-
uolat: monet: hortatur: belluam hanc nimia licentia in-
sanientem: atq temere insultantem coherceat. Itaq:
Iuno sponte sua iam pridem satis in Momum com-
mota: nunc deæ Fraudis impulsu concita se se præci
pitem ad facinus inauditum dedit. reiecto enim palio:
adeste inquit matronæ: tuq Hercules huc ocius trahe

Momum. sic soror: & coniunx Iouis imperat. paruit haud inuitus Hercules, Momumq; in hunc: atq; in alterum manuq; uoceq; se se agitantem per capronosum illud, quod fronti īminet, sinciput præhensum, ut erat præpotens: ita suum in dorsum reiecit: ut resupinum cō torto collo ad Iunonem quasi trūcum apportaret. E uestigio innumeræ iniectæ manus misero: nihil plus dico, Momus quidem mulierum manu ex masculo factus est nō mas: omniq; funditus auulsa uirilitate præcipitem in Oceanum deturbarunt. Inde Iunone duce ad Iouem properāt, iniuriisq; deploratis efflagitant, ut aut publicum ipsum odium Momū releget: aut uniuersum dearum populum in exilium abigat. Non posse quidē deas matronas tuto his in locis degere, ubi funestum, exitiosumq; id monstrum uersetur. qua de re etiam additis lachrymis obtestātur, ut malit unius consceleratissimi pœna tot suarum necessitudinum, & optime de se meritarum precibus, salutiq; consulere: q̄ perditissimi unius gratia omni de cœlo duriter mereri. Id Iuppiter, & si facti exemplum magisq̄ factum ipsum non probaret: tamen ne non concedendum quidem multitudini statuit: quod tātopere affectaret atq; exposceret. Semp̄ n. multitudinis motum, atq; impetum fuisse reipub. periculo: ni comprimatur: & alium non adesse comprimendi modū: nisi ut obtemperetur. Tum aliqua item ex parte eam rem ita cecidisse ferebat minime moleste: maxime q̄ graui illa esset hoc pacto solicitudine factus liber: qua non mediocriter angebatur. Cum non haberet quid contioni expectanti se dignum referret. Ergo

cum annuisset: garrietiumq; muliercularum strepitus quieuisset. pauca de rixæ istiusmodi indignatione succintis uerbis perstrinxit. At se cum quidem perdendi Momi libidinem in tales, tamq; multas sibi coniunctissimas, & carissimas icidisse ait dolere magis: q̃ ut audeat improbare. illud maluisse factum non impetu: nõ præcipiti consilio: cum multas alias ob res: tum ut liceret pacata: & quieta concione frui, quo ad quid instituisset: cõmonefaceret. Sed quando per Momi calamitatem, ne dicat per suorum immodestiam, id nõ liceat: ducere ait se cõmodius non agere id nunc, quod decreuerat, & non inuitum uelle supersedere: quando uideat commotos: & perturbatos procerum animos. sed prope diem ad senatum de tota re: p. relaturuz: quæ excogitasset utilia: & admodum necessaria. Et cum tãdem ex aula egrederetur indomitus ille fœminarum uulgus: casu fit illis obuiam Apollo a mortalibus rediens: quem cum uidissent, q; & uatem, & præclarum futurorum coniectorẽ putarent: non sine causa consulto abfuisse a tumultu interpretati sunt. Ideo innutantes hui, aiebant: improbe q̃ solus sapis: q̃ belle scisti uti foro, & uitare illepida Fiebat idcirco ad Apollinem concursus. iamq; ad uestibulum adstabant pressi, q; multis exeuntibus: atq; redeuntibus constiparentur. Q uã inter frequẽtiam forte aderat & dea Nox, quæ una furtis faciũdis mirifice delectatur, & in ea re ita scite perdocta est: ut uel oculos Argo si uelit: furari possit. Ea, ut pendentem ab Apollinis latere crumenam sortibus turgidam animaduertit, ita abstulit: ut id facinus omnes penitus latuerit. At Apollo

salutatis his, atq; his: intellectaq; contionis hystoria læ tabatur, cum cæteras ob res: tum q in rem Iouis cessis set. Eoq; admodum exhilaratus ad Iouem ingressus, quod minime rebatur: tristiori q̃ erat par: exceptus est fronte ab Ioue. Etenim Iuppiter cæteris amotis, & qd nam tum sero tardusq; redisti? Tum Apollo nihil ha bui rerum: inquit, aliud: quod agerem: q̃ ut tua sedulo: maturæq; imperia exequerer. Sed me illi, ad quos ac cessi philosophos: dum ita instructi sunt: ut nihil expro ment rerum reconditarum, nisi id sit maximis uerborũ inuolucris implicitum, longis ambagibus detinuere: in uitum quidem: tamen eos audiendos putabam: quan do expectationi tuæ omni diligentia studebam satisface re. At sunt profecto ad unum omnes uerbosi. Vnum excipio Socratem. nisi forte quibusdam minutis inter rogatiunculis interdum quasi aliud inchoans uagetur: qui tamen: ut cumq; est, mihi semper uisus est frugi, il liq; uolens faui, fudiq; in eum tantum mearum rerum quantum sat sit ad sinistros grauesq; casus euitandos. Semper eius abstinentia, continentia: humanitas: gra tia, grauitas, integritas: unaq; & ueri inuestigandi cu ra: & uirtutis cultus placebit. is omnium unus opinio ne longe præstitit, dum ex eo elegantem, & dignissi mam memoratu disceptationem accæpi: quam quidem cum audies: credo non grauate feres me in ea perdiscen da paululum superledisse, & fortassis non inficiaberis tuas ad rationes bene componendas adhiberi posse ni hil accomoditius: q si uacas animo ad has res audien das, eam tibi succinte, & breuiter enarrabo. Tum Iup

piter cupio. narra. sapientum quod ser monibus, & di-
ctis delectari etiam ubi nihil afferant præsentibus cau-
sis emolumenti conferet. Tum Apollo duo, inquit: fue
re homines inter philosophos: apud quos aliquid gra-
ue: & cum ratione constans audierim. Democritus, &
Socrates. dicam de socrate: si prius de ipso Democrito
dixero: quæ te ab tua ista insolita tristitia frontis ad ri-
sum hilaritatemq restituant. Audies rem cum festi-
uam: tum et plenam maturitatis. Democritum offendi
inspectantem proximo ex torrente raptum cancrum
uultu ita attonito, oculis ita stupentibus: ut præ illius
admiratione una obstupuerim. Cumq plusculum ad-
stitissem: cæpi hominem compellare. At ille ab suo: si
recte interpretor: somno: quo apertis oculis habebatur:
nec quicq excitabatur. Commodius ea de re duxi De-
mocritum illam ut ita loquar, statuam relinquere, quo
ad sponte sua expergisceretur, q̃ illic frustra tempus
perdere, itaq alias ibi cateruas conueni philosophorũ,
quorum mores quis non improbet? & uitam quis nõ
oderit? dicta uero: & opiniones quis aut interpretet: aut
pbet? Adeo sunt obscura adeo ambigua: ut nihil supra.
Tum Iuppiter arridens an inquit o Apollo tu quidem:
qui interpretandi mirus es artifex, istorum dicta nõ in-
terpretaberis? At inqt Apollo de me profiteor oĩa posse
facilius: ita sunt illa quidem partim uaria & incerta: par
tim inter se pugnantia, & contraria. Sed de his alias. Il-
lud sit ad rem, q cum inter se hoc genus hominũ nulla
in ratione conueniat: oĩbus opinionibus: & sentẽtiis di-
screpent: una tãtum in stultitia congruunt. q eo℞ qui

uis cæteros omnes mortales delyrare, atq; insanire deputant præter eos, quibus fortassis eadem æque atq; sibi sunt, uita: mores: studia: uoluntates: affectus: uiaq;, & huiusmodi. Adde qd' quisq; probat, alios nõ probare: quæ oderit: alios non odisse quibus mouentur, alios non moueri: id demum ad iniuriam deputant. Hinc difficile dictu est quãtæ: & q̃ multæ manarint inter eos lites: & controuersiæ: dum & contumeliis, & ui etiam: si possent: alios omnes sui esse imitatores uelint: & uix feras tantum insipientiæ professoribus uersari insaniam. Tũ Iuppiter quid ego philosophos mirer uelle cæteros suo arbitratu degere? cũ & plebeios uideo in horam, ꝑut sua fert libido: a superis poscere imbrem, soles: uẽtos: atq; etiam fulgura: & huiusmodi. Tum Apollo quid cæteri faciant non refero. de his hoc statuo eiusmodi eẽ: ut dum quisq; sua stultitia orbem uniuersũ agi optet, dumq; nihil constantis: certiq; habent: statuo inq̃ futurum, ut si eorum uelis audire ineptias, oporteat infinitos, & momentis temporum uario, mundos profundere: aut assiduis deprecãtium querelis insanire. Sed de uniuerso philosophorum genere hæc dicta sint. Ad Democritum reuertor. ad hunc igitur iterato rediens offendo hominem perscindentem cancrum: quem spectare attonitum dixeram: cancrumq; ipsum obtenso uultu, pronisq; luminibus introrsum per uiscera scrutantem, & dinumerantem quicquid neruiculorum assiculorũq; in esset. Saluto hominem. at ille nusq̃ minus. non possum facere quin ipsum me rideam. Audies o Iuppiter ridiculam rem. incidit. n. in mentem ut cepe quoddam ex

proximo

proximo agro desumerem: atq; medium inciderem, meq; homini adigerem. quo facto cæpi eius gestus, & motus imitari. pressabat ille os. ego itidem pressabam: ceruice ille in hãc ruebat aurem. ego itidem in hãc. præ grandes ille exporgebat oculos. ego itidẽ. Quid multa? omnia enitebar: ut me illi præberem similem. & habebam quidem me homini imitando prope parem: ni illud interturbasset, quod Democrito extabant oculi siccitate insignes: nobis uero ob molestam cepæ acrimoniam oculi erant pregnantes lachrymis. quid multa? hoc ludicro inuento assecutus sum quod serio nequiuissem: ut colloquendi daretur locus. Me. n. despectato subridens: heus inquit: tu quid facis lachrymãs? Tum ego contra despectans. At enimuero tu quid facis? quid rides? Te: inquit ille: prius rogitaueram. Tibi: inq̃, ipse prius respondi. paratum inde adeo litigium uidens grãdius arrisit. At qui quando ita euincis, inquit: referam de me quale nostrum foret opus. Ego. n. multam dederã operam: ut brutis euiscerandis (hominẽ quidem ferro lacerare nefas ducebam) intelligerem quas nam primũ in animantibus malum iracundia sedes occuparet. unde tanti motus efferuescerent. quibus facibus mentem hominis exagitaret: omnem q; uitæ rationem peruerteret. Ea enim re inuenta multa me in hominum uita reperturum putabam cõmoda: & utilissima. Videbam in plerisq; animantibus quædam: quæ mihi plane satis facerent. sed ne in homine: quod ĩtelligebam unde tam multa surgerent, quæ ad stultitiam facerent. quæ compereram hæc sunt. nam succum quidem inueniebaz ad

interprecordia in haustum ab spirantibus animi ignicu
lis concoqui in sanguinem ita ut uariarum quibus con
stet: partium uariæ fiant segestiones, quarum una qui-
dem, quæ ex leuissima sanguinis expumatione annatet
colligitur, & uasculo a natura coacto: & coaptato com
mendatur. At solere liquorem hunc figura ignibilem si
ue cõmotis præcordiis, sine admisso uisceribus intimis
incendio feruere, atq candescere, eiusq acutissimas scin
tillulas segestione leuigatas, æstu impulsas uolitare ca-
nalibus: & ad rationis usq sedes se se attollere: atq per-
uadere, suoq appulsu acri: atq temulento inflammari
atq conflagrare intima naturæ omnia, quo ad mẽtem
lacessendo tumultuãtē reddat. Hæc ita esse in aliis qui
dem animantibns clare perspexi. At nunc animas unũ
hoc, quod inter manus est: cum natura mihi ad omnẽ
duelli audaciam, & ferocitatem pulchre ad ornatum ui
deretur: diligentius recognoscendum arbitrabar. huic
torax: huic manicæ, huic nil non opertum squamis ad-
esse natura uoluit. Cumq arma scirem amoto iratum
impetu esse poenitus mollia: & inutilia: non iniuria: opi
nabar, huic etiam dedisse naturam multa ad incessendã
iracundiam fomenta: atq irritamẽta. Ea uero ubi nam
hæreant nusq̃ inuenio: & quod magis soliciter accedit,
quod ne cerebrum quidem hoc in animante comperio:
& opinari nõ adesse uno hoc in animante cerebrum ue
tat ratio. quod. n. animal mouetur loco: cerebrum ha-
beat atq inde uigeat necesse est. quandoquidem omnes
neruorum fibreæ e: cerebro ipso fluant. At hoc cui tam
multorum membrorū, & robusti & uarii motus sup-

peditent, qui carere possit cerebro, non intelligo. Hæc Democritus. At ego ut viderer quoque philosophari, cõtra sic orsus sum dicere: spectare quidem me in eo: quod manibus haberem: cepe demolituri ne sint superi di mundum: an perpetuo servaturi. Tum ille ote inquit aruspicem lepidissimum: unde tibi nouum ariolandi hoc genus accersiuisti: Tum ego at qui inquam istuc recta et a uobis philosophantibus diducta fit ratione: qui quidem maximum esse cæpe mundum asseueratis. Tum ille facis tu inquit adeo uenuste. qui paruo in orbe maximi mundi casum quæris. Verum & quidnam hisce in extis cepariis quid ingrati inuenisti: quod plores? Tum ego uiden inquam istic diuiso in cæpe litteras. c. atque. o ? num eas clare: aperteque admodum sentis quid proloquantur. Tum ille quid tu ne loqui cepe, cum & cœlos cantare aliqui dixerint: existimabis? Tum ego minime: sed præse ferũt longe. o. atque. c. aut occidet inquiunt, aut corruet. disiunge, non itidem enuntiant: corruiturum orbem. Tum ille uehementer ridens: Tu inquit igitur: o piissime orbis excidium, atque interitum ploras? sed heus tu ubi nam huius, qui nunc constat: Mundi rudera superi reicient: si demoliri aggrediantur. Hoc dictum: quia sapiens, & ad nostram rem accomodatissimũ uideretur: effecit ut obmutescerẽ, atque mecũ ipse dicerem. habes tu quidem cerebrũ: quia te nõ hr̃e fuerã dicturus, qñ illud in cancro quæreres. Hæc de Democrito hactenus. Nũc ad Socratem illũ redeo uirũ omni uirtutis laude insignem. hunc reperi quadã in taberna coriaria: suo pro more. de quodam multa interrogantem. sed ea prorsus nihil ad nos.

Hic Iuppiter: nempe & perq insignem præditas uirum: qui apud coriarios diuersetur. Verum age dum quæso o Apollo quid nam id erat: quod interrogabat Socrates? est enim ut cupiam de eo audire, quæ uere sua quidem sint, non quæ aliena factione Socratis dicantur: nempe tum si recte memini his uerbis utebatur. Age sis o artifex si quid in mentem tibi ueniat: ut uelis optimum calceum conficere: nõ tibi corio esse opus statues optimo? statuam inquit ille. Tum Socrates qualecũq dabitur corium ad id opus accipies ne: an putabis interesse ut ex multis cõmodius eligas? putabo inquit. Tum uero Socrates quo id pacto: inquit: dinosces corium? An tibi aliquid, quod experiundo uideris corium popportunum: & accõmodatissimum propones tibi: cuius comparatiõe hoc tuum pensites: & quid cuiq desit: amplius ue sit: apertius discernas. proponam inquit ille. Tum Socrates qui uero optimum illud condidit corium: casu ne an ratione assecutus est: ut illi nullæ adessent mendæ? ratione potius inquit artifex. Et quæ nam inquit Socrates: illa fuit ratio ad id munus obeũdum? ea ne fortassis, quam concidendi corii usu: & experientia percæperat. Ea inquit artifex. fortassis inquit Socrates æque ac tu in seligendo: ita ille in parando corio simitudinibus utebatur partes partibus: integrumq ĩtegro comparans: quo ad futurum corium omnibus numeris responderet suo huic, quod menti: memoriæq ascriptum tenebat. corium est inquit ille ut dicis. Tum ĩquit Socrates quid si ille nunq̃ fieri uidisset coriũ, eã optimi corii cõficiendi descriptionẽ: & similitudinem uñ hausis

ſet. Hic Iuppiter qui attentiſſime oĩa hæc Socratis q̃ſi/ta adnotarat, rupit tunc incredibilem quandam in ad/mirationem Socratis. Atq; inquit: o uirum admirabilẽ nequeo me diutius continere quin clamem o iterum ui/rum admirabilem. ſino illud te o Apollo, quamq̃ eſſes perſonatus: ab Socrate fuiſſe cognitũ. de illo. n. ſic ẽ qd audeã affirmare, nouiſſe & qui ſis: & qd negocii ageres: & qd tibi uelles deniq; oĩa cognouiſſe. Nã ẽ ea quidẽ mẽ tis perſpicacia in occultis quibusque rebus peruestigan dis apud philoſophos: quantum re periclitati ſumus. cũ cõmunis, & quaſi peculiaris: tum genere ipſo tanta, ut ſupra ſit, q̃ poſſis credere: & noui quid dicam, & exper/tus noui. Verum uide q̃ belliſſime te cognito, & cauſa intellecta ſatisfecerit. Sentio quo tuæ tendant uerborũ amphibologiæ Socrates. aut enim ad huius ſimilitudi/nem: in quo fabricando omnes pulchritudinũ formas expreſſi: reſtituendus erit Mundus: aut plures tentãdi, quo ad fortaſſis caſus abſolutiorem aliquem afferat. ſed quid tum quid poſtea? Tum Apollo enimuero nega/uit artifex ſe id ſcire: quod rogaſſet: atq; obmutuit illico ipſe me ingeſſi: conſalutaui: ille me perhoſpitaliſſime: be nigniſſimeq; accepit. Multa in medium contulimus: q̃ longum eſſet referre. Sed eorum, quæ noſtram ad rem conducerent: illud placuit in primis: q; pluribus interro gatiunculis concluſum dedit: & finis fuit hmõi. Nam hunc: quo omnia contineantur: Mundum tale nimirũ extare, ut alibi reliquerit nihil: quod addi: adiungi ue ſibi aquoq̃ poſſit. cui ſi nihil addi, nec diminui, ſi non dimi/nui. nec corrumpi. nam cui addes: quod alibi eſſe non

possit? aut qui corumpas, quod diduci nequeat. Hic iuppiter tritum istud: & uulgatum quidem est dictum: ut cumque sit: quod minime cum illo superiori de coriario compares. Tum Apollo caue his rebus diiudicandis o Iuppiter opinioni, q̄ ueritati assentiaris. Vide ne te nimia, quæ apud te uiget, istius uiri authoritas in errorez trahat: atque detineat. nihil enim tātas habet uires ad suadendum, q̄ gratia: nihil, quod ueritatē obnubilet æque atque authoritas. Pythagoras auctoritate assecutus est: ut quæ diceret: omnia uera an falsa essent: sui nihil curarent, omnia assentirentur: nihil auderent negare: nihil non crederent. denique uel ineptissima etiaz uellent haberi pro certis: & testatis apud cæteros. ut etiam: cum se ab inferis esse reducem prædicaret: iurarent uera prædicare. Tum Iuppiter attemperate quidem in hæc incidimus. eram enim percunctaturus quid nam istiusmodi celebres. Aristotelē ne, Platonem, Pythagoramque ipsum, & eiusmodi philosophos adiuisses. Et quid igitur num ab his quippiam rari, & reconditi attulisti? Tum Apollo Aristotelem: inquit, reperi contuso pugnis Parmenide, & Melisso nescio: quo minuto philosopho gestientem, & cumquibusque obuiis rixantē: ac intolerabili quadam superbia: & incredibili arrogantia uetantem quosque per se quicq̄ proloqui. Theophrastum uidi maximaz suorum scriptorum pyram instruere, ut eam incēderet. Platonem erant qui dicerent abesse longe apud suam illam inuisam, quam coædificasset: politiam. Pythagoram audiebam paucis superioribus diebus in gallo quodam fuisse cognitum: eundemque fortassis nunc inueni-

ri posse in pica: aut loquaci aliquo in psitaco. Solere qui-
dem illum per uaria diuersari corpora. Hoc loco Iuppi-
ter o inquit Apollo q̃ cuperem quempiam istiusmõi in
cauea domi hr̃e philosophũ: q̃ meas regni res inde p̃cla
re cõstituas ducerẽ. quid censes? posset ne ulla præhẽdi
industria? Tum Apollo & quid ni id posset: qui nosset
uenandi artes: mõ illum norit. Tum Iuppiter istuc dif-
ficile uili in corpore philosophi mentẽ intelligere. Tum
Apollo imo uero facile ubi aduertas. Tũ Iuppiter obse
cro tuis ne id fortasse artibus & sortibus? Tum Apollo
maxie, uel ẽt in primis ꝑpositis p̃miis assequemur: ut se
se illi ultro offerãt. Tũ Iuppiter malo tuas in illis dino-
scẽdis artes expiri. Age q̃so specta ubi sint locoꝝ. Tum
Apollo cũ istac ꝑ re suas uellet sortes cõsulere: & ruptã
ligulã abrepta crumena intueret: maxia cæpit uoce indi
gnissimũ facinus in se admissuȝ deplorare. Et q̈ familia
rius apud Socratẽ fuerat uersatus: sibi id fecisse furtum
blanditorẽ Socratẽ persuadebat: & adiurabat. lõgũ eẽt
referre quibus uerboꝝ conuitiis phũm prosequeretur:
scurram appellabat, & fabroꝝ ludum. Tũ & illud adde
bat: non iniuria Momũ prædixisse tales fore mortales:
ut etiam, sin alr̃ nequeant, pedibus ipsis furari aggrediã
tur. Cumq; satis deferbuisset: ac uerborum iactantia
aquieuisset, euȝ intuens Iuppiter: num inquit o Apollo
cancrum te Democriti eẽ q̃ qui sis tantis conceptis irarũ
motibus p̃staret? Cancro qdẽ cũ sit furoribus uacuus,
omnis: armoꝝ neruorũq; uis ad lacessendũ suppeditat:
Tibi cũ ira flagres: cũ tui uix compos sis: nihil ad pro-
sequẽdam uindictam relictũ est. qd facies? quos petes?

quã ratione aut absentibus pœnas desumes: aut insontes afficies. illis quidem quid auferes bõi, cum nihil habeant. quid afferes mali: cum paupertatem: & dolorẽ & istiusmodi penitus nihil timeant? Tum Appollo en monitorem percõmodum: qui minima offensus molestia orbem uelit ruisse, & me: qui tantas amiserim diuitias, ut temperem iubeat. Et possum quidem æstu, sitiq; mortales perdere Iuppiter. mortales inq̃ perdere. Tum Iuppiter uel possis quidem quid uis malorum, tum tamen nihil feceris. quandoquidem nihil deinceps apud superos constitueretur: quod ipsum non pateat mortalibus. namq; philosophi quidem aut suis: quibus callent, occulta peruestigandi artibus: aut tuis sortibus adiuti omnia præuidebunt: quæ acturi sumus pro summa sua sapientia uitabunt. Quare malo tuos istos animi æstus sedes: Desine casum hunc longius deplorare. collige ipsum te. De istis quidẽ improbissimis mulctãdis alias erit ut mature cogitemus. tamen & si opinor alibi accidisse: ut tantas diuitias amiseris. Tum Apollo recte inquit admones. iam monenti pareo: & unum est quod me recreet. habeant illi quidem sortes, interpretãdi modum: & rationem nusq̃ habituri sunt, Sortes leui labore reintegrabimus. illis curarum plus: & solicitudinis: q̃ cõmoditatis: & opportunitatis redundabit a sortibus. Dum hæc apud superos agebãtur: æstus: fames: febris: & eiusmodi: quod audissent finem, atq; interitũ rebus parari: quo repentinum futurum laborem in tot mortaliũ milibus mactandis minuerent: iã tum primũ cæperãt uexare humanas res: multa q; uiuentiũ capita

absumpserãt

absumpserant. Quibus calamitatibus acti hominum genus. quod deos uotis aureis maiorez in modum moueri animaduertissent: ludos uouerũt Dis maximos: & eos dictu incredibile q̃ grandi apparatu: & thæatri, & scænæ: quanta ue impensa ornarint. Sino musicos, ludiones: poetas: quorum innumerabilis populus omnibus ab prouinciis, exterisq; usq; ab orbis oris confluxerat. Quicqd erat rerum dignarum ubi uis gentiuz: id ad templi: ad sacrificiorum: ad ludorumq; ornatum cõuexerant. sino cætera. illud operis uastitate non postponendum. ꝙ theatrum: circusq; maximus aureis uelis pictis acu, opus uastuz: & incredibile superne: & quaq; circum uersus integebatur, honoratissimis in gradibus maximorum deorum simulacra extabant. omnia circũ auro gemmisq; nitebant. & quod aurum gemmasq; uinceret specie, quantum ab his dignitate uincebantur, omnia floribus conspersa ad uenustatem conueniebãt omnia sertis, fumorumq; delitiis odorata, & redimita. Tabulæ insuper pictæ: alabastricæq; mẽsæ, & uaria speculorum miracula ad complendos non admiratiõe sed stupore homines accedebant. quin et, quo nihil esset non refertissimum rebus admirãdis, ipsa item extrema singula inter columnia singulis heroum statuis occupabantur. Tantis apparatibus Superi ab cœtu hominũ dignari: tenerique se aduertentes: non poterant non facere: quin cõmouerentur. Quo effectum est: ut etiam hi: qui fortassis aut studiis partium: aut suorum commodorum spe causæ hominum aduersarentur: sententiam uerterent: & partim misericordia, partim numeris ma-

V

gnitudine commoti superiorem suam de nouandis re-
bus postulationẽ reiicerent. qui uero hominum res sal-
uas cuperent, quorum erat princeps Hercules, apud Io
uem instabant: ut mallet de se bene in dies pro meren-
tes mortales beneficio obstringere: q̃ pœnis perdere. Il
lud. n. ualere cum ad gratiam, tum etiam ad laudem.
Hoc uero postremum nihil afferret emolumenti: & plu
rimuʒ posse ad calumniæ suspitiones augendas, & mo
nebat ut diligẽtius pensitaret: uota ne hæc facta religiõe
haud minore q̃ impensa cum Momi calumniis conue
niant. Sint ne illoꝝ: qui deos nullos putent, an eorũ,
qui dis se acceptissimos: & cõmendatissimos eẽ optent.
Admonebat item ut Momi naturam: & mores animo
repeteret. demum statueret: an q apud mortales qbus
eẽt odio: deos inuisos: & infensos reddere aggressus sit,
idẽ apud superos: qbus se accæptuʒ opinabat᷑, inimicos
hoĩes malo afficere neglexerit. & qbus sit Momus odiis
ꝑditus erga mortales: satis patere qdẽ cũ aliũde: tũ illic
ꝙ antea pene q̃ eos uidisset: fœda obscænaq; illa aĩantia:
q̃ uix noĩare sine flagitio possumus, ad hoĩes in cessen
dos ꝑduxerit. quare illud cogitẽt superi: an q sui repren
sores superos fuerit tantis conatibus ꝓsecutus, idẽ bar-
bæ demorsæ contumeliam non curarit. Postremo um
brã noctis filiaʒ obtestans Hercules affirmabat: Id. n.
maximũ est deoꝝ iuramentũ: quæq; insimulauerit ĩ ce
na Momus aduersus hoĩes: eadẽ ipsa oĩa sceleris: & psi
díe esse refertissima. Et Momi eẽ illa in deos nephanda
non mortaliũ dicta: quibus frequẽs apud philosophos
abuteret᷑. his addebat nõ intelligere prudẽtissimos deoꝝ

quid sibi uellet Iuppiter. Si qd forte hoc pacto q̃rat no uādis rebus placere multitudini: aut si tantaꝝ impēsaꝝ p̃miū nihil p̃ter solū plebis plausum q̃ritet: Semp qdē affuturos qbus nō quæq; agas oī ex pte probētur. neq; defuturos imprimis honestissimos deoꝝ: qui cōsuetas res desiderent magisq̃ ut nouis delestent. Tum & ueteres illos optimos architectos: qui tanta arte hunc: q extet, mundum peregerint: ob soleuisse uetustate: & negare omnino omne id fabroꝝ genus fieri qdq̃ posse elegātius: ornatius, atq; ad perpetuitatē: constantiāq; aptius q̃ hoc: quod factum tam oī exparte perplaceat. Quod si tandem nouos iuuet architectos experiri: satis patere quidem quid ualeant cum aliunde: tum in Iunonis arcu ex ædificando. quando quidem non iniuria uulgo dictitent: non aliam obrem structum fuisse ita nisi ut inter struendum rueret. Hæc Hercules non modo Iunone, bacchoq;: & Venere: & reliquis Iunoniæ factionis complicibus suffragantibus: aperteq; iuuātibus edisserebat. Verū & omni prope cœlo probante: & admodum cōsentiente. At Iuppiter cum hoꝝ admonitionibus motus, & operis incundi difficultate disfisus, tum etiam uotoꝝ magnificētia illectus facile de sua pristina sententia adduci se passus est. Ergo præstitam occasionem reiciendæ ab se iuidiæ in Momū libēter usurpauit. tametsi cupiebat uideri beneficii gratia id facere: quod esset ultro facturus, idcirco homines quidem, inquit: uestras o cœlicolæ delitias quanti semper fecerim, non est ut referam, ni forte hac spe: qua uota ineunt: homines: ipsi paꝝ attestantur sibi esse perspectum: & cognitum animum

erga se nostrum. Quis.n.opem, atq; auxilium suis ad uersis in rebus tanta spe: atq; expectatione postulet: nisi ab eo: cui se carum: & cõmẽdatum meminerit? Neq; ue lim existimetis me facili de causa: aut simulasse his non succensere: qui præsentia fastidirent: aut dissimulasse eorum nescire mentes, atq; sensus: qui nouas res cuperẽt. Quod si quæ in causa sint diligẽtius pensitabitis: nõ dubito factum meum ita probabitis, ut fieri cõmodius nihil potuisse affirmetis. Sino reliqua. qd illud: quod patefactum quidem reddidi multorum disquisitiõe apud multos: qui nunq̃ huc mentem intenderat: orbem hũc rerum ita demum omni ex parte absolutum: pleneq; perfectum esse: ut addi amplius nihil possit. Quo fit: ut congratuler hinc omnes in posterum abstrusas: ut ita dicam: futuras improborum expostulationes hac in re. sed quo ipse mihi uehementer placeam illud est: qd aperte, atq; perspicue cognoui: quali essent pleriq; ingenio præditi, uario: & longe alio, q̃ ostentarent. Atq; in primis noster Momus præclare ipsum se se indicauit: quid fingendo: atq; dissimulando cupet. Me fateor Momi uersutiæ, & cõmentitiæ fallendi artes poterant adducere incautum: ut uel Iunonem ipsam, amantissimam scilicet: minus deligerem. Id quidem maxime, ubi cum fortassis putabam malorum suorum tedio factũ, atq; effectum plane quem se fingebat. Accedebatq; plura sapere uariarum rerum usu: & philosophorum cõmertio uidebatur. & bonis artibus excultum ingenium minime improbum: & plurimum diligendum arbiteabar. Quid mirũ igitur, si huic: quem diligerem: præsertim

uersuto:& callido inconsulte quippiam credebam? Nō refero quantopere elaborarit suadere: quanta sedulitate eniteretur impellere: ut præceps nouis rebus inchoādis irrumperem. At mihi sapiens quidem illud dictum sæpius in mentem redibat: istos plus satis eruditos minus esse probos, q̄ par est. Et profecto sunt, ut uidere licet: minime puri, & minime simplices. Nā alios facto & re se habent: q̄ fronte: & gestu uideantur, et insigni: quo plurimum ualent: acumine ingenii peruerse ad malitiaꝫ abutuntur. et illic: ubi se probos: & simplicissimos uideri student: illic maxime fallūt dolo & īprobitate. Quā rem cum mature ita esse in Momo animaduerterem, ferebam quidem iocosum illum: quem se uideri affectabat: quem ue quasi personatus gestu: uerbisq; agebat: ut intimum: uafrum: & subdolum profundius scrutarer: atq; compræhenderem. Interea cauebam omnia. credebam nihil. Nunc uero: ut cumq; res cecidit, commode actum uobiscum interpretor: quando curarum, & seditionum seminarium illud deturbastis. Mallem: ut dixi: sine m̄ltitudinis motu: sine tumultu: Sed licuerit hoc Iunoni: improbum, atq; detestandum e numero deorum quoquo pacto extrudere: atq; exterminare. Nostræ prudentiæ erit, qui Momi acerbitatem, atq; furorem nouimus: prouidere ne q̄d superiores pristinas ad perturbationes addat. quo iterato & deorum quietem, & res humanas uexet. ea de re sic institui: consceleratissimum rerum perturbatorem Momum, deorum: hominumq; odium, q̄ nihil sinceri: nihil sani: nihil pacati, nihil tranquilli aut cogitet, aut studeat: aut cupiat: q̄ fœli-

cium:& beatorum, beneq; constitutorum res:atq; ra-
tiones collabefactare, profligare, atq; funditus peruer-
tere elaboret:assiduoq; enitatur, quod miseros, & inme
ritos erumna:calamitateq; obruere, ac penitus obterere
quoad in se sit:nusquam desinat: nusquam acquiescat:
quod factiosis:audacibus:nefariis:omniq; scelere perdi-
tis utatur:& faueat:quod deterrimos instruat:in facinus
incitet, atq; impellat:quod dictis: factisq; pestem, atq;
perniciem orbi rerum in horas cõmachinetur: atq; im-
portet.quodq; indies nefandæ, & detestabili improbi-
tati suæ multa ad augere: accumulareq; minime inter-
mittit.ne superos deos lacessere: deorumq; delitias ho-
mines opprimere, atq; conficere pro sua libidine, & de-
siderio amplius possit:intra oceanum maximu3 fore re
legandum:& catenis ad cautem cõmendandum ita:ut
præter summum os reliquo hereat corpore uadis imer
so æternum.Hic Iuno exilarata gaudio Iouem exoscu-
lata:fecisti:inquit, ut decet mi uir.Sed unũ est: q addi
ueli3:ut qui tam petulanter tam impudenter, & præter
id, quod seq; nosq; deceat infœminarum genus inue-
ctus est:Momum ex semiuiro reddas:ut sit prorsus fœ
mina.Annuit Iuppiter.relegatum ea de re, commutila
tumq; Momum post hac cœlicolæ cõmutilato etiam
nomine humum nuncuparunt.



Ide quid sit improbitas:& nequitia: ut cum eius esse extinctam uim ad lædendum credas:reuiuiscat.plus.n.relegatus:atq; ad cautē obstrictus Momus dabit perturbationum q̄ hactenus dederit solutus,& cōcitatus.nūc dignosces uti Momo facinorꝝ authore deorū maiestas extremum in periculum sit adducta,tum & tantum ederit iocorꝝ:& risus:ut præ his superiora fuisse iocis uacua deputes.Iam uero oīs hoīum:ut ita loquar,torrentes in urbem confluxerant ludorum: spectaculorumq; gratia.Canebant tubæ,subaudiebantur tibiæ,ad modosq; canebant crotala,& sistra:& litui:& omnis musica.Ipsæ deorum superum testudines maximo istaruȝ rerum concentu resonabant.Addebantur his hominū murmur lacum,atq; ingens:multorumq; multiplices uariæq; uoces & hmōi. Quo insolito:atq; inmani sonitu cuncti cælicolæ ad rei admirationem exciti stetere: Interea stupor deus omnium ineptissimus: q̄ se se Momum imitans in grām Iouis aliquo dicto ridiculo cuperet īsinuare,ut erat suaptenatura sub attonitus,atq; uastus:ad Iouem ꝓperās agresti uoce.proh:inquit:o rex tantū hoīum confremuit istic subtus:ut si oēs excories ꝓculdubio totū cœlū cōtegas.cui Iuppiter cēsen tu hūc tantisp sapere:& quid tum o stupor:& qd tibi uenit in mentē:Sed tu perbelle qdem cōmentatus es.naq; ipse:qđ semp frigens:cœlum cauisti ne nudū algeat. Risere

di. Hinc locis oibus: quibus terras contui possent late: passimq;: ut cuiusq; oculi, atq; aures ferebant: spectabũdi hæsitabant. Eccam patritiorum pompam: & ciuiuz ordines, matronarum q; deinceps: nurumq; greges cũ sacris lustrare urbem aggreditur, tæda: & multa lampade noctem illustrem reddunt. Virgines porticibus conspicuæ urbem ornant, atq; carminibus, cantuq; ad saltum, & thyasos deos uenerantur. Tantas res superi intuentes obmutuerant: atq; uti quisq; se receperat loco: pendebat maxime intentus, maxime stupidus. Interea pro uetere more: quod quidẽ in Promethei calamitate iam pridem factitarunt di præsertim maritimi: ad Momum consultanduz: adq; animi miseria lauandum pleriq; accesserant. Naiades, Napeæ: Dryades: Phorcæq;: atq; huiusmodi. At Momus flãmulas summo æthere deorum ceruicibus collucescentes: sublatis oculis: quos fletu: & lachrymis prope consumpserat: despicatus, qd sibi tanta repẽte oborta cœlo lumina peterent: rogauit: Cumq; rem intellexisset: tanti spectaculi inuidia cõmotus perq̃ longissimum: imo ab pectore suspirium inter ingemiscendum emisit. quo ex spiritus anhelitu fusca: & atra nebularum uis totum per æthera sublime adstitit. Qua uisa Momus illico animũ, atq; ingenium, ut aliquid pro sua consuetudine mali faceret: contulit, atq; adeo institit precari eos deos: qui aderant: quo ad impetrauit ab iis: quæ ad se consalutandum accesserãt: nymphis: ut quando aliud nequeant suam ad salutem conferre: hoc unum ad leuandas miserias gratissimum beneficium condonent. nebulã ipsam q̃ ualde possint late

distentam

distentam protrahant: & producant, montiumq; cacuminibus annectant: quo tam inimicissimis: & pessime de se meritis superis uoluptuosissimum suarum erumnarum spectaculũ intercipiatur. Calamitosi Momi præcibus obtemperarunt nymphæ: plurimumq; in eo opere perficiundo laborantes desudarunt. quo factum est: ut cum delubra deum, sacellaq;: atq; aras adeuntes mortales non perspici a superis nubium interuentu, sed solum audiri possent: superi se se in periculum dederint. Nam q; suas quidem laudes ad tibiam concinentes non audire modo: uerũ in primis spectare quoq; cuperent: quasi amentes e cœlo ad sua gaudia propius haurienda delabi instituerũt. Mortalium ergo tecta occupauere. solus Hercules: quod fortassis inuidorum, emulorumq; insidias, reditusq; difficultatem ad superas sedes uereretur negauit, aut deorum maiestati conuenire: aut fieri id tuto posse ut intra mortalium cætus superi considerent: & cõmiscerent̃. se. n. monstra terrarũ ĩmanissima, & truculentissima prostrauisse, subegisse: absũpsisse: hoĩum uero plurimorum impetum: & temeritatem consentientem ne ferre quidem uspiam potuisse. facile moueri, & esse quidem opinionibus fluidam: animis uolubilem: libidinibus concitatam multitudinem: facile impelli ad quod uis facinus. neq; apud multitudinem cogitari, fas ne sit: an nefas id, quod plurimorũ consensus appetat. efferri indomitam, & ruere effrenatam: neq; reuocari, neq; retineri: neq; satis coerceri ullis prudentium monitis: & rationibus: aut bene consulentium imperio posse neq; scire quidem uæsanam multitudinem, nolle q; ad

arbitrium poſſit eſſe. quæ uero occeperit, flagitioſa: &
turpia ne: an non ea ſint, non curare. modo perficiat. Et
atrocia non intermittere: ni prius aliud quippiam atro-
cius inchoarit. Et quod magis miretur: in hominũ nu
mero ſapere quidez per ſe ferme ſingulas: atq; noſſe qd
rectum ſit. cum tamen coiuerint, omnes ſimul facile in-
ſanire: ſpõteq; delyrare. Hæc Hercules. ſed diſpreto Her
cule in theatrum ingreſſi, atq; in primis Iuppiter pario
ex marmore ingentes: innumeraſq; columnas maxi-
morum montium fruſta gigãtum opus admiratur: &
tantas numero: & tam uaſtas: & in eam regionem loco
rum aut tractas eſſe: aut erectas obſtupeſcebat intuens
eaſq; tam & ſi coram intueretur: tñ fieri negabat poſſe
tantum opus, & præ admiratione & uidiſſe: & laudaſſe
plus ſatis non intermittebat. Atq; ſecum ipſe ſuas ine-
ptias atcuſabat: cõſiliiq; tarditatem deplorabat, qui hos
tales tam mirifica operis arcithectos nõ adiuiſſet potius
q̃ philoſophos: quibus uteretur ad operis futuri deſcri
ptionem componendam. eueniſſe quidem, quod aiũt:
ut quẽ ſemel ſapere aliqua in re tibi ipſe perſuaſeris, hãc
ſemper ſapere: & in oĩ re doctum eſſe facile credas. hæc
Iuppiter. tandem luſtrata urbe hominum turmæ ſua p
diuerſoria corpori ſecœniſq; dederãt. Quæ cum ita eſ-
ſent: incidit in mentem dis: ut futuros poſtridie mane
ludos: ſcenãq; cuperent inſpectare. Ergo & qd agimus
inquiũt inter ſe. num ad nr̃as redibimus ſedes, an iſtic
ſpectaculis uiſendis conſidebimus. ſpectaculorũ erant
oẽs cupientiſſimi, ſed alii alibi aut cœlo: aut templis p-
noctandum ſtatuebant. poſtremo placuit ſnĩa illius: q

deorum quodam: ut opinor: facto admonuit: ut se quisque in suum, quod in theatro esset, simulacrum converteret: quo abeundi: redeundique viam: & laborem vitarent: quo ve cum dignitate & sine illius iniuria dignissimis locis conquiescerent. Vnum erat: quod huic sententiae adversaretur. nam parum quidem occurebat: ubi locorum illinc abreptas statuas apte deponerent. dum haec animis deorum voluuntur, Stupor deus: ut erat artubus: torisque praepotens: rem se dignam aggreditur, nullis id: quod paret: indicans: atque se in pedes coniicit ita vaste: ita dissolute: ut subito furore efferri bacchantem diceres: facinusque ipsum aggreditur alioquin rediculum: sed pro re agenda eiusmodi, ut factum subinde omnes reliqui comprobantes imitati sint. ad statuam enim in theatro positam sui similem applicans hos: atque hos validiores deorum: ut se adiuvent, voce illa sua agresti advocat. mox subiectis scapulis illa se onerat. Erat autem statua ampla: & ponderis immanis: tamen susceptam dorso solus asportavit: & eam intra opacam silvam reposito in antro obscuro loco collocat. Inde in theatrum sudore madidus rediens se vertit in statuam: quam asportarat: statuaeque vacuum locum occupat. id ipsum caeteri tametsi factum irriderent: sibi tamen faciundum putarunt. itaque fecere Stuporis exemplo. suam quisque, quo visum est loco: statuam abdidere. neque defuere cupido: mercurius: & huiusmodi talarium: alarumque adminiculis: freti: qui extremo theatri fastigio prostratas reliquerint. dum se sic dii in theatrum dispositi: ex animi libidine habent: res omnium ridicula, sed memoratu dignissima cum in silva ad Stuporis statuam: tum & in theatro accidit: Nam silva quidem Oenops philosophus: idemque hystrio vetere illa Momi contra deos disputandi flagitiosissima

petulantia imbutus: dum ad ludos concelebrandos pro peraret: a prædonibus captus extitit: multisq; affectus plagis adducitur ad ipsam hanc specum, in qua statua Stuporis dei erat exposita. quo cum appulissent: predo nes consilium ineunt: præstet ne captum iugulare, an uiuum dimittere oculis effossis. At Oenops tanto in pe riculo constitutus: & si in eam diem nullos deos: inane cœlum esse crediderat, & prædicabat, nunc tamen ulti mo in capitis periculo constitutus: seq; salutem q; suam cæpit omnibus uotis cõmendare maximis dis. Sed con silio iter se habito prædonibus placuit, habere quæstio nẽ de homine, & discere quanti se possit redimere. Erat nox atra: & intẽpesta. expediunt idcirco prædones quæ ad cruciatum faciant. Alii lorum comparant, alii uirgas ulmo auellunt, alii ignem cote excutiunt. Illis ita occu patis res euenit digna memoratu. nam primis igniculo rum fauillis collucescentibus uidere uisi sunt prædones in antrum quippiam: & quid uis id q̃ statuam eiusmo di: in loco adesse poterant opinari. de hinc maioribus ad motis luminibus manifesto adesse deos animaduerten tes: obmutuerunt. & ea re insperata perterrefacti e uesti gio non sine clamore relicto captiuo aduolarunt. Vidis ses hos amissis armis quasi temulentos obiectam or num fugiendo impetere. alios inter cursitandum offen sa roboris stirpe ruere. atq; alios offensis prostratis so ciis istuc uersus: & illuc uersus præcipites ruere, eosdẽq; illis ore inter surgendum, interq; spuendum cum cruo re defractos dentes: iterato sequentium impetu quassa tos ruere. alios uero uiso deo quasi alteram Stuporis sta

tuam factos primum hærescere, mox formidine debili tatos labescere. Quæ re℞: & temporum suorum facies cum ita esset: nõ defuit sibi Oenops. egressus. n. antruʒ & turbam concussorum: profligatorumq; contuens, se se confirmauit. inde rapto de quodam telo unũ egregie stupentem: excordemq; factum metu per capillum præhendit: prosternit: reuincitq; loro: quo se prædones illi uincire cæperant. mox hominem pre se in urbẽ agit lætus: & animo secum adiurans, nihil minus credendũ posthac: q̃ nullos esse deos: quos tam p̃sentes extremo suo in periculo cõpererit. Itaq; hæc in siluis Oenops. in theatrum uero ingressus suos colludiones, qui se expectabant, offendit de se: deq; dis mereri non bene. naʒ su persedentes tarditatem una: & deos maximos: quorum causa uigilarent: execrebãtur. Id sibi primum uisum est indignissimum: sed illud indignius: q; inter hystriones seruum quẽdam uino madidum ad Iouis statuam pleraq; nephanda exequentem offendit. pudet ea dicere: tamen institutum prosequemur. immingentem ebrium intuens Oenops pro noua suscepta religione cæpit grauissimis dictis increpando absterrere. At seruus in eum uersus eia: inquit philosophe ades ne? siccine mecũ agis? Vnde in te noua isthæc repente religio incessit? q deos æternum negasti: frigentem hic statuam, fictaq; simulacra ueneraberis? Hæc q; referens nõ imminxisse mõ erat contentus, uerum & alui præterea illic onus ponere parabat. Hic Oenops o inquit scelesté non tu deniq; alium tibi locum ad tantam flagitii spurcitatem desumes? Tum barbarus: & ebrius ille seruus, Vos inquit

philosophi omnia esse deorum plena consuestis dicere. At inquit Oenops etiam præsentis deos irridens negligis? Tnm barbarus en inquit perdoctum philosophum, deum ne tu hoc frigens, & uacuum simulacrum aut opinaris: aut nuncupas? quod quidem uix igne, & ferro adhibito frabri effecere: ut uultus hominis potius quam monstri faciem imitaretur, dic heus tu o Aenenm caput quanto malleo: quantis follibus durum tuum istudos dolarunt fabri: uel tu Oenops: num simulachrum hoc uidisti ad publicum aquæ ductum pridie patera istac calonibus aqam fundere: demum inutile istud æs, cui nihil inuenias: quod probes, præter artificis manum: Iouis instar uenerabimur? Est nimirum illud per pulchre dictum, quod in cauea sepius decantari audio. Qui fingit sacros ære uel marmore uultus, Non facit ille deos: qui rogat ille facit. Tum Oenops & facti indignitate, & dictorum petulantia commotus: malam inquit tuam in rem non desines de istis tuis sceleribus cantando disputare? Appage te hinc. At barbarus: dum se Oenops iugulo appræhensum traheret, alui afflatu per obscæne concrepuit. Atque appage tu inquit te prophane dum sacrum facio o interturbator: num tu non perspicis, quam hunc adolendi ritum comprobent hi: an iterum intonuit? non potuit hoc amplius Oenops ferre: sed ebrium pugnis, calceque contusum suos intra foetores obuoluit: atque gradibus præcipitauit. At mulctatus ebrius ore illo suo liuenti: & male illibuto impudicissime plorans. Ego tibi quisquis es deorum: inquit: cuius causa hæc pertuli: ut eueniant æque: atque mihi eue

nere:in præcor. quandoquidẽ hunc: qui ullos esse deos semper negauit: q̄ se imitarer sua tam impie in me grassatus exstitit. Iuppiter hæc intuens intra se rem sic deputabat. credin me hoc noctis bene accæptum, tam & si hic suo utitur officio: Quid aliud aut ebrius faciat, aut ab improbo audias? Adde q̄ probe mulctatus pœnas luit. plus enim cruoris effudit: q̄ ingurgitaret uini. Quod ne tanti quidem hæc sunt, ut ludorum uoluptatem respuas. Sint hystriones obscæni, ut lubet: modo nos in theatrum esse milli noscant. Sed quid agimus? quid si præsenserint, neq̧ enim illud factum frustra opinor, q̄ præsentes esse deos philosophus ipse Oenops dixerit. Verum & quid demum quid tam: ut cunq̧ ceciderit res: tamen præsente populo uenerabimur. Hæc cum effecisset Oenops rogantibus sociis quid ita relegatum adduxisset hominem: & quid se præter spem: & expectationem omnium ad religionis sanctimoniam dedisset: qui antea nullos credidisset esse deos ordine quæq̧ sibi apud prædones accidissent recitauit. Sed ne satis quidem eum sibi notum esse deum auxilatorem dixit: quo promptiorem tam fauste atq̧ fœliciter excutus sit: & idcirco magis atq̧ magis cupere sibi fieri cognitum, cui habendæ forent gratiæ tanti beneficii. Non illum quidem sibi uisum Iouem: non Phœbum, non Iunonem: non ex his celeberrimis: & popularibus: quibus templa constituta sunt. sed rarum illum quidem: atq̧ insolitũ. Hic hystriones: at sunt quidem inqunt in theatro deo℞ omniũ simulacra codu3 reuise oẽs, ut facilẽ: & beneficium

cum salutarimus: tum eũ dem patronum nostris in ma lis auxilio aduocemus. nam maiores illi di iam tum fastidire humilium uota assueuerunt. itaq; fit. face igitur incensa circum statuas: signaq; omnia recẽsendo, dum hoꝝ atq; hoꝝ uultus cõtemplant: in Stuporẽ ipm incidũt. quo uiso Oenops uenerabundus procidit, eiusq; pacem precatus, locumq; amplexatus adorauit. Viso stuporis uultu: & habitu risere hystriones tetram illius deformitatem. nam stabat ille quidem ore late anhelanti: labio propendulo: oculis concretis, temporibus lacunosis, auribus appensis: & omni deq; facie ita affectus, ut sui oblitus uideretur. Cumq; accuratius hunc ipsum deum respectarent proscænici socii: eo maiores ẽt in cachinnos efferebantur: atq; en dicebant strenuum: en fugatorem latronuz. Ergo Oenops enimuero istuc quidem est inquit, quod in me suscæptam deorum opinionem multo confirmet: ubi unus multos: inermis armatos: meticulosus audaces ad omnem crudelitatem accinctos sola p̃sentia exturbarit: atq; profligarit. Hæc de se coraz Stupor deus audiens, & si mente esset bardus: & ingenio prorsus plumbeo: tamen neq; laudibus nõ mouebatur: neq; uituperatoribus non irritabatur. tamen sic secum rerum humanarum sortem atq; conditionez uersabat: & quid nam hoc esse mali dicam apud mortales, ut presentem deum irrideant, absentis simulachrũ uereantur: atq; pertimescant. Hic beneficii suspitione ductus inueteratam contra deos opinionem: opinionisq; peruicaciam obliterauit. Hi Sole, Luna, & istiusmodi manifestis deorum signis admoniti, quæ se posse: debe

req; credere

recq́ credere profitentur, inficiantur, meum potuit æneum simulachrum profano in loco immanes, & ferocissimos latrones a credulitate absterrere, metu deorũ flectere, ad religionis cultum reuocare. ipse deus & præsens qui sum, studiosos artiũ, quæ ad pietatem facient, & gratificandis dis deditos nequeo modestiores reddere. aut quo pacto istos ab ĩpietate, si esse in nos ĩpii ꝓsequantũ, reuocabimus? Hæc secũ Stupor. Oenops uero cũ satis esset ueneratus fautorem deũ spectans nõ poterat pati tã neglectũ esse hũc, a quo bñficiũ accæpisset. iccirco rubiginẽ, qua Stuporis facies admodũ squalebat, ferro cæpit abradere. Stupor uero deus abradẽtis molestiã libenter abegisset ab se, sed ĩgenio tardus: quo id pacto posset, nõ habebat. Alia ex parte hoĩem q̃uis inepte gratificantem ferendum ducebat. rictu tñ oris interdum duriter abradentis ferrum subterfugiebat. Hũc di illius memores dicti, qui ex hoĩum corio cõtegi posse cælum assueuerarat, risissent, cũ ab homunculo ꝓpe excoriari intuerentur. sed eadem sibi, durioraq́ iam tum fieri ab hoĩbus posse intelligentes magis ut ꝓprium periculum metuerent propensi erant, q̃ ut alienam insulsitatem riderent. & multa quidem ex parte se oẽs æque graui fore notatos rubigine nõ negabant. itaq́ hæc in theatro, quæ scio uideri posse iis, qui nostris opusculis legendis delectentur, si non admodum alioqui scurrilia, at nostris ab moribus, & scribendi legibus aliena, qui quidem semp & factis, & dictis cauimus, neq̃d minus graue, & sanctum adoriremur, q̃ literaꝝ religio: & religionis cultus paterentur. Sed si pẽsitaris quid conati

ſumus, cum totis libellis, tũ hoc loco exprimere: intelli ges ꝑfecto principes uoluptati deditos ĩcidere in oppro bria longe iis grauiora, q̃ quæ recenſuimus, eaq; de re nos uelim magis ſecutos ĩnitam inſtitutionem iudices q̃ priſtinã ſtudioꝝ & uitæ rõnē. Sed plura fortaſſis di ximus, q̃ uolebamus. pauciora profecto diximus: q̃ po ſtulauerit res. Veꝝ de his hactenus. ad rẽ redeo. Hmõi in theatrum cum agerentur, nouæ item apud inferos re rum iucundiſſimaꝝ, & in primis digniſſimaꝝ hiſtoriæ initæ ſunt. Nãq; audierat Charon crebris defunctoꝝ rumoribus proximum fore ut omnis mundus uaſta retur. iamq; cæpiſſe parcas: & hiſpiades populare homi num familias. omnia conſeneſcere triſtia, & contabeſce re inſtantis ruinæ periculo, & metu. Eo Charon adeo priusq̃ opus tantum: tamq; ornatiſſimum deleretur, in ſtituerat hunc uidere mundum: quem uidiſſet nunq̃: ui ſuruſq; poſtea eſſet nunq̃: ſed tantæ peregrinationis ui am, ut puta ab inferis ad ſuperos uſq; mortales, ardu am eſſe audierat, & pauciſſimis, aut cognitam, aut cõ ceſſam non ignorabat. Iccirco inire temere non aude bat, & ex omni defunctorum multitudine reperiebat neminem, qui ullo abduci pacto poſſet, ut non recuſa ret eo redire: un̄ ſolutus tetro corpis carcere lubẽs atq; uolẽs ꝑfugiſſet, eãq; ad rẽ dehortãdã mortaliũ erũnas multas ex parte explicabant, & uiuentium mala cum defunctoꝝ libertate comparabant. Poſtremo affirma bant præſtare quid uis malorum perpeti, q̃ redire ad hoĩum uexationes obeundas. Aderat fortaſſis inter de functos Gelaſtus quidam philoſophus alioqui nõ uul garis, quem tñ Charon diutius neglexerat. non aliam

ob rem, nisi q̄ extrema egestate mortuus nō attulerat quo portorium solueret. Cum eo igit̄ paciscit̄ Charon: si se prius comitem apud mortales, uiæq; præmōstratorē p̄stet, gratis trāsuectuꝝ. Suscipit Gelastus id muneris, tametsi īuitus, uiæq; īscius. Sed qd ageret miser, cum soluēdo nō esset? an eo in loco æternū consideret: quo neq; inter uiuos: neq; īter mortuos censeret? nimirum ergo oīa nota, & ignota, dura, acerbaq; aggredi cogebat̄. Idq; maxīe, cum neq; ex amicis, neq; ex ditissimis qdem q̄spiā appellabat, a quo daret̄ ut stipē mutuo rogaret. Defunctoꝝ. n. nemini plus numo uno ad portorii mercedem asportare a mortalibus unq̄ licuit. Itaq; Charō dū ad iter accingit̄, subducta naui multū: ac diu cogitauit, cōferat ne hāc alicubi apud īferos relinquere: tandē q̄ ita p̄stare arbitrabat̄: nauim reuersam sustulit: suoq; imposuit capiti, ut staret quasi pusillo mapalio opertus: manuq; remum collibrans gradit̄. Arduum, & p̄ter ætatē firmissimū senē p̄ficiscentem turbæ admirabantur. Verum illi inter pergendum in sermones incidere istiusmodi, ut quæreret Gelastus de Charonte, quid ita nauim portaret. aut quid ni præstitisset eam in littore subductam sinere. Cui Charon, & qd inquit tibi defunctorum ineptias referam. nemo est illorum, quin me suis uelit imperiis nauigare, quin & fuit pridie polyphagus nescio quis, qui qdem rapto remo se pro argonauta gereret, illum ego & qs tu inq̄, classiūne fuisti fortassis præfectus in uita? At inquit: nostra in familia olim fuere plures remiges. Ego illius insolētiam, nō tam admiratus, q̄ ieptias risi: cum uiderem tā

impudenter, & temere id profiteri, & aggredi, cum eẽt rerum oĩum minime aptus. At ex comitibus defuncti unus: mentitur inquit o Charon: ne pictum quidem usquam: aut hic: aut suorũ aliquis uidit mare. Alpibus. n. æternum lapidicinis ascripti exercebant. Is cum ita fuerit insolens, quales tu potas futuros cæteros: aut tranãdi studio, aut insolescendi uoluptate: si fortassis detur relicta illic naui occasio? Hic Gelastus quid inquit illi quidem: si neq insolentia, neq arrogantia: sed discendi libidine id ita aggrederentur? Tum Charon nouas ne inquit isthic: ut apud inferos artes cõdiscant? minime: sed temerarii sunt. Vel quis hoc ferat: ut Charontem remigare quisq instruat? Tum Gelastus atqui hoc est: inquit o Charon, quo fit ut abs te accæpisse me iniuriam possim dicere. Tu quidem insolentes plærosq omnes istiusmodi transportasti: me uero qui nulla ab re magis absum: q̃ a petulantia: & importunitate: longum repudiasti. Tum Charon: negas te inquit: ne petulãtem: & importunum extitisse? An non est petulantia nostros sibi deposcere labores dari gratis? Nulla item importunitas est centies negatam rem dura: & nusquam intermissa assiduitate expostulare? Tum Gelastus deplorare meum incommodum erat istud o Charon: nõ tuos labores poscere: quando tam difficilem te: atq inexorabilem præstares erga me: qui nihil sibi relictum haberet rerum omnium: quod conferret præter preces. At inquit Charon suspẽdio opus fuit: priusquã istud admitteres in te: uti tuæ res omnes solis in precibus niterentur. Id inquit Gelastus fateor factum inconsul-

te:at factum tamen ratione fortassis non improba:nã q id quidem statuebam apprime fore philosophantis: ut q̃ curarum alumnam prædicant:pecuniam: funditus a me abiiciendam ducerem. At me totum rerum difficillimarum: rarissimarumq; cognitioni. & studiis traderem animo soluto:& libero. Tum Charon:o inquit stultitiam irridendam:si id credas coercendam: si id tentes in rebus difficillimis:& rarissimis: ac præsertim in paupertate uersari animo libero: & soluto. Tu quidem si forte dabitur. ac possis id sine molestia. erũt res ipse non difficiles: sin erunt difficiles: plus olei, & operæ exigent: q̃ ut animo esse curis uacuo possis affirmare. Pecuniam demum curarum alumnam prædicant: quæso qui nam id prædicant? qui sapiunt inquies: tanti ergo est sapere apud philosophos? ut algendo & famescendo uitam præcario: & per mercedem trahere: q̃ in rerum affluentia: opulentiaq; malint? At tamen uiuunt inquies. Nõ est uiuere o Gelaste: sed luctari aduersus mala: dum ita te habes in uita: ut esurias: algeasq;: hoc est ut miser sis: aut uos deniq;: & quid sapitis: in uobis primis sapitis philosophi? num inquit Gelastus quæris quid sapimus? Etenim omnia nouimus: siderum: imbrium: fulminum causas: & motum. nouimus terras: cœlum: maria. Nos artium optimarum inuentores: nos quæ ad pietatem: ad uitæ modum: ad hominum gratiam conciliandam faciant: nostris monitis quasi lege data præscribimus. Tum Charon egregios audio: & uenerandos homines: si se æque re: operaq; habent: atq; dictis. Sed uos: dicito: his uestris legi-

bus ut sint homines hominibus præsto, ut opera, & obsequio faueant, & opitulētur: etiam num ascribitis? Tum Gelastus & istud, inquit, ad officium inprimis ducimus, Officii igitur erit, iquit Charon eos: quibus cum degas: leuare erumnis: leuare incōmodis: fouere: iu uareq; opera? Erit quidem inquit Gelastus ut dicis. Tu igitur officio: legiq; hoc dato: inquit Charon: hanc pre grauem cymbam adiutato: ut feram. Tum Gelastus atq; est quidem tuum quoq; hac in re pensandum offi cium. quare Charon uideto ne pter officium siet: ene cto fame, atq; præcario: & per mercedem qui uitam traxit, tantum onus nobis uelle imponere. Tum Cha ron at saltem remum. Ne tu negasti iquit Gelastus li cere apud inferos aggredi artes nouas? Calamum di dici per ætatem tractare in uita nō remum. Itaq; hæc inter proficiscendum confabulabantur: quoad perue nerunt ad extremum orbis limbum: quem orizonta nuncupant, geminæ in quo e regione maximo interie cto secessu portæ ab inferis patent. Altera quæ in ocea num. Altera quæ incontinentem orbis dirigitur. Estq; una harum ebore apta, atq; intercrustata. Altera uero cornu humilem ad criptam adacta. Placuit Charonti: q; satis aquarum per ætatem uidisset, per tellurem iter facere. Sed q; rapido ascensu, insuetoq; peregrinandi la bore fessus desudaret, primo in pratulo recubuere. Est Charō sensibus acutissimus, uisu, auditu, & huiusmo di supra q̄ possis credere. Cum igitur ad eius nares flo rum: qui passim in prato aderant, applicuisset odor, il lico se ad flores ipsos colligendos: & contemplandos

dedit tanta uoluptate, & admiratione: ut ab his ægre ferret abstrahi. Admonebat enim Gelastus plus itinerum superesse: q̃ ut puerilibus florum delitiis legendis insisteret. maiora enim esse quæ aggrediebantur. flores quidem suppeditari mortalibus adeo: ut etiam ab inuitis cõculcentur. Ille: & si nihil inuitus magis posset audire, ductori tamen parendum ducebat. De hinc inter proficiscendum Charon tantam in naturam rerum amœnitatem: & uarietatem spectans colles: conualles: fontes: fluenta: lacus: & huiusmodi: de Gelasto cæpit quærere: unde tanta uis preciosissimarum rerum manarit mundo. Cui Gelastus: quo se disertum philosophũ ostentaret, hmõi ordiri rationem aggressus est. Principio nosse te oportet o Charon: uniuersa rerum natura nihil aut factum: aut fieri posse uacuum causa. Causas quidem eas interpretamur: quæ ad motum conferant: atq; ad quietem. Quietem motus finem statuimus. Motum uero intelligi uolumus: cum ex hoc fiat quid uis aliud: & nosse oporteat uersari eum quidem motum aut in prima, æternaq; rerum firmitate formis imbuenda: aut in formarum mutabilitate uarianda. Quod naturæ artificium alii opinati sunt in substantia accidentibus iungenda uersari. Sed ne longe frustra disputem. hæc tu hactenus o Charon intellextin? Negauit Charon grandioribus uerbis pusilliora: aut ordinatius confusiora audisse uspiam dici. Tum Gelastus aliunde repetito dicendi exordio rursus ordiebatur. Eum quidem qui principio quippiam facturus esset: mente: & cogitatione sibi adscripsisse:

quæ facta cuperet: hancq́ animo conceptam: & consi-
gnatam speciem nuncupasse formam proxime sibi cō-
parasse: seu simplex illud fuerit: seu mixtum: coactumue
partibus quippiam: cui aut formam adigeret: & quasi
obinuolueret: aut quo formam ipsam compleret: soli-
damq́ redderet. Hoc uero postremum nūcupasse ma
teriam: sed ne potuisse opus: nisi arte: uiaq́ adhibita per
ficere: qua facile exq́ animi sententia materiæ formam
coniungeret: & counirct: idq́ artificium appellasse mo
tum. Hoc item Gelastus cum dixisset: iterpellauit Cha
ron: atq́ ego quidem audieram mutua quadam: cōcor
diq́ lite rerum omnia facta eē: & in dies accessionibus:
decessionibus minutarum partium immutari. Sed uis
ne quid sentiam referam de te? putaram uos philoso-
phos omnia nosse: sed quantum ex te uideo: nihil no-
stis nisi ita loqui: ut de rebus notissimis uerba faciētes
non intelligamini. Vel quid ego tibi credam temere:
quando tu quidem qui primus rerum conditor: quid
animo habuerit te non ignorare affirmas: profecto ꝙ
pueris euenit domum redeundi uiam oblitus es: qđ si
recte coniector: nos ad tartareas plagas te duce præ lō
go habito itinere rediuimus. en atram stygiæ caliginē.
& istinc audis ne fremitum: & eiulatus: excruciatorum
sontium? Dehinc lupum ostentans: an ne tu inquit ui
des illic defuncti errantem animam? Hic Gelastus ar-
ridens: ne mirere inquit o Charon: nanq́ non plus se-
mel hac iter feci. Sed quo rem intelligas: quæ tibi eiu-
latus uox uisa est: litui est sonus a mortalium inde ca-
stris delatus aura: & ni fallor: secūdas excubias canūt.

Caliginem

Caliginem quoq; ipse: unde tanta sit miror: miror, & ipsum te qđ defunctorum hic animas uidere alias præter me uidere prædicas. At Charon is profecto o rex. eodum o rex. Tum Gelastus ludum ne tu regem uocas? id quadrupedum genus apud mortales: & si noxium est: mortale tamen est animans: & longe ab hominum natura: defunctorumq; animis alienum. Interea lupus ipse multo morsu raptis quodam ex cadauere uisceribus mandendo restitabat. Ergo tibi inquit Charon iam fit ut assentiar. Non enim apud inferos manducant. Sed illud animans putaui esse regem quẽdam: qui cum mea in naui Pleniplusius præco elegantem habuit disceptationem: quam redeundo narrabo: ut uoles. Tum Gelastus uolam inquit. sed tu reges esse lupos qui uidisti: aut audisti unquam? Tum Charon o te philosophum inquit bonum: qui siderum cursus teneas: & quæ hominum sint ignoras. Ex Charonte adeo portitore disce ipsum te nosse. Referam quæ non a philosopho (nam uestra omnis ratio nisi in argutiis: & uerborum captiunculis uersatur) sed a pictore quodam memini audiuisse. Is quidem lineamentis contemplandis plus uidit solus: q̃ uos omnes philosophi cælo cõmensurando: & disquirendo. Adsis animo: audies rem rarissimam. Sic enim aiebat pictor: tanti operis artificem se legisse, & deputasse id quo esset hominem conditurus. Id uero fuisse aliqui limum melle infusum. alii cæram tractando contepefactam. quicqd ipsum fuerit aiunt imposuisse sigillis æneis binis: quibus altero pectus: uultus: & quæ cum his una uisunt.

altero occiput/tergū/nares/& postrema istius modi in pressarentur. Multas formasse hominum species & ex his selegisse mancas et uitio insignes: præsertim leues & uacuas: ut essent fœminæ. feminasq; a maribus distinxisse dempto ab his paulo quantillo, qđ alteris adigeretur. Fecisse itē alio ex luto/ uariisq; sigillis multiplices alias aīantiū spēs. Quibus opibus cōfectis cum uidisset homines aliquos sua non usq; quaq; forma delectari/ edixisse ut qui id præstare arbitrarentur: quas placuerit in alias reliquorum animantium facies se uerterent. Dehinc suas: quæ obiecto in monte paterent: edes monstrauit: atq; hortatus est ut accliui directaq; uia: quæ pateret: conscenderent. Habituros illic omnem bonarum rerum copiam. sed iterum atq; iterum cauerent / ne alias præter hanc inirent uias. Videri arduam initio hanc: sed cōtinuo equabilem successuram. His dictis abiuisse. Homunculos cæpisse conscendere. sed illico alios per stultitiam boues/asinos/quadrupedes uideri maluisse. Alios cupiditatis errore adductos in transuersos uiculos delyrasse. Illic abruptis/constreposisq; præcipitiis/ sentibusq;/& uepribus irretitos ꝓ loci difficultate se in uaria uertisse monstra. & iterato ad primariam uiam rediisse illic fuisse ab suis ob deformitatem explosos. Ea de recomperto consimili/quo conpacti essent, luto/fictas & aliorum uultibus compares sibi superinduisse personas. & creuisse hoc personandorum hominum artificium usu: quoad pene a/ueris secernas fictos uultus: ni forte accuratius ipsa per foramina obducte personæ introspexeris. Illinc enim contemplantibus uarias solere oc/

currere mõstri facies: & appellatas personas. hasce fictiones / easq; ad Acherõtes usq; undas durare nihilo plus. Nam fluuium ingressis humido uapore euenire ut dis/soluantur. Quo fit / ut alteram nemo ad ripam non nudatus amissa persona peruenerit. Tum Gelastus o Charon fingis ne hæc ludi gratia / an uera prædicas? Quin inquit Charon ex personarum barbis / & superciliis rudentem hunc intorsi: ipsoq; ex luto cymbam obstipaui. Huius modi rettulerat Charon. iamq; non longe ab theatro aberant. Ergo de Gelasto sciscitatus didicit & qui nam tantam molem coaceruassent: & quos ad usus haberet, & cum theatrum illud fabulis agendis factum intellexisset: uæhementer risit hominum ineptias, qui tantos labores consumpserint demoliendis montibus ut immanem ipsi molem construerent. Tum & stultitiam patrum detestatus est, qui tantas perdendi temporis illecebras in urbe paterentur. At Oenops ludio ille philosophus: de quo supra ridicula illa recensuimus, cum procul uidisset cymba opertum ad uentatem, ratus nouos adesse hystriones secessit: cum turma eorum: qui aderant: ut si quid scenæ Charon commentaretur: ex insidiis annotarent. Medio in theatro cum illi aduenissent: etenim quid tibi hæc o Charon: inquit Gelastus. Negauit Charon uideri sibi aut theatrum / aut ornamenta istius modi talia, ut ulla ex parte cum floribus: quos apud pratum excerpserat: essent comparanda. Et mirari quidem professus est: ꝙ pluris faciant homines, quæ possint uilissimorum manu assequi / q̃ ea/

que ne cogitatione quidem satis queãt attengere: & flo-
res inquit quidem negligitis: saxa admirabimur? in flore
ad uenustatem / ad gratiam omnia / conueniunt: In
his hominũ operibus nihil inuenies dignũ admiratiõe
præter id / ut uituperes tantorum laborum tam stultã
profusionem. Dehinc tu o / inquit philosophe principio
ex te fieri certior uolo / quãdoquidem, ut prædicas, mul
ta hoc loco, quæ ad uitam bene degendam faciant, in
medium afferuntur: cui nam ea cõmodent, maioribus
ne natu? Sultum si eos aggrediantur commone facere
qui didicerint usu / quæ conferant. An adolescentibus?
ineptum eos uelle dictis regere, qui non auscultent: pro
xime item uelim dicas ab poetis ne / q̃ a philosophis ui-
tæ degendæ rationes expetant? Tum Gelastus sit quid
uis Charon: quæ tamen ab poeta cum uoluptate audi-
as, ea capias facilius: imbues plenius: seruabis firmius.
quod si præterea uideris hosce gradus cõsessu tantorũ
uirorum oppletos, neq; ineptum opus dicas, neq; una
interesse pigeat. Et profecto, uti aiunt, non sine deo
tam multi coeunt: quando usu inuenias ut quos singu-
los floccipenderis, si coierint, uenereris, & præ reueren
tia obmutescas? Tu; Charon ad unas atq; alteras deo
rũ statuas uersus dic Gelaste inquit ne tu hos singulos
floccipendis, aut si coirent uenerabere? Tũ Gelastus
subridens solus si essem fortassis riderem: plures si adess-
sent alii uenerarer. Interea dum statuas spectant, Cha-
ron se posita ab fornice audire uisus est submissa -
uoce colloquentem, ac dicentem trita hæc sunt, quæ
Gelastus confabulatur: Dequæ tota istorum re ni-

hil est, quod probem, quam personatum Gelastum hunc. Nam ei profecto nihil fieri potest similius. Audit & alios Charon dicentes, fuisse bene doctum Gelastum in uita, & prudentem. Alios contra fuisse quidem stultum, & procul dubio delirasse cum cæteras ob res, tum quod tantis iniuriarum offensionibus lacessitus sequæ / dignitatemq; suam neglexerit per animi pusillitatem. Neq; probare illius uitæ rationem, qui perseuerauit omnibus æternum prodesse. Cum se multi in dies lacesserent, & lederent: non illis quidem cum Oenope rem fuisse, qui se ad propulsandas / uindicandasquæ iniurias magisquam ad firmandam insolentium temeritatem fortem esse ostenderet nimis ferendo. Quæ Oenopis uerba cum etiam Gelastus subaudisset, uocem quæ loquentis cognouisset Velim inquit uideas o Charon quam is quidem iactator se se perstrenuum præstet. His dictis in obloquentes proripuit. Illi propius accedente mortuo, & apertius perspecto, & cognito obstupuere, & Oenops nihil sibi antiquius duxit quam ut relicto captiuo obuolaret ex templo. Ergo ad Charontem rediens Gelastus & qualis inquit tibi uisus est noster athleta? qui in eo primo pedis motu uerterit terga: & hominem demiror, cum mihi in uita apprime fuerit familiaris, aut ea de me oblocutum / aut me uiso metu potiusquam uoluptate affectum. Sed nunc intelligo fictum hominis ingenium, & ex tuo illo personandorum artificio obductum fronti fictam non ueram beneuolentiam extitisse / qui profecto neq; uiuentis patientiam toties

lacessiuisset, neq; defuncti nomē impeteret, si amasset. Inter hæc dicēdum Eccum saxum graue cymbū Charontis icutit sonitu maximo, illud enim ebrius ille barbarus multa ui impulerat, quo ictu Charon absterritus inclamauit, ut pleno intonuerit theatro. Gelastus uero ira concitus in ebrium se conferebat. At Charon desine inquit o desine Gelaste, tu illos umbra, illi nos saxis petunt. sat peragrati sumus. hic præter ineptias, & improbitatem comperio nihil, qđ uidisse non pigeat, & ineptias odisse, & improbitatem euitasse conferet: abeamus. Charontem reuocabat Gelastus, ille saltitans una, & tremēs diffugiebat. Hoc spectaculo theatrales illi di multo risere. quo risu factum est, ut maximam, inauditam, insperatamq; in calamitatem inciderint omnes di. Id qui euenerit: proxime recitabimus, si prius quæ Charonti etiam obtigerint insperata, & cognitu festiuissima, succincte retulerimus. Audito igitur statuarum risu Charon ridete inquit, ut lubet: ego riderī: q̄ cædi malo. Putabat enim proscænicos illos turbatores risisse, tametsi admiraret̃ retinnire omnia deorum risu. At Gelastus non insuetus theatri sese confestim in pedes conicit. Atq; pape o Charon pape siste, adsum: uociferabat. In quem uersus Charon expauefactum admiratus quid tibi est inquit. saxo ne percusserunt? Ille uero uix sui compos titubans hæsitans audistin inquit statuas? quid tum? risere: inquit. quid igitur inquit Charon malles plorasse: an pro metu reris statuas risisse. Nō se poplitibus substentabat Gelastus metu exanguis factus. Eaq; de re Charontem sequēs

primo dato in triuio ab urbe reuersam cymbæ puppim arripit. Atq; hic quæso siste o Charon. Ille uero uestros inquit mortalium personatos, & fictos mores odi. quandoquidem tu, qui saxa non metuebas, risu te absterritum simulas: et qui tantopere negabas uelle te huc ad mortalium sedes regredi: hinc inuitus diuelleris: & habeo tibi nullas gratias, si me a colligendorum florum uoluptate abstraxisti, & ad iurgia: rixasq; adduxisti. Quod si non saxa modo, sed etiam risus hic statuarum pertimescendus est: quis hinc non aufugerit? Sed tu ut lubet, ego uero abeo. Tum Gelastus duri decrepiti acerbitate motus ne tu inquit o Charon argutiis: & uerborum captiunculis: quibus uersari philosophos prædicabas: nunc apud nos uteris. Etenim tanti est: inquit Charon: disertis congredi: nanq; apud doctos discimus. Tum Gelastus sibi consulens: non quo Charontem leuaret onere, sed quo illum: si se dimisso pseueraret: citato gradu fugiens abire interpellaret. Ego uero inquit ex te quoq;: ut par est: aliquid ediscã oportet. cædo: remum: tractare enim assuescam. Tum Charon, remum ne in sicco? At ille rapto remo interreptãdum scapulis gestiebat, sic inquiens: claua se habebat Hercules: q; si mihi in theatro affuisset is remus: scelestе Oenops: quẽ tantis officiis: & bñficiis pſecutus sum luisses. Nã te qdem inter mortales mõstrum petisse3, & cuius ĩprobitatẽ: atq; neqtiã patiẽtia ptuli pcussisse3. Tum Charon Gelaste inqt huc uelim aĩum adhibeas. Annos ego multos/atquæ item multos portorio affui cum ĩnumeris sapientibus/& usu doctis habui cõmer-

tium de his rebus:hoc uelim scias, stat omnium senten
tia prudentissimorum, non semper oportere uti pati-
entia:statuuntq; cæteris in rebus apud mortales id ob/
seruandum. Vt nihil nimis: Solam uero patientiam
aut nullam penitus/aut omnino in uita nimiam haben
dam:& fortassis non pauciores reperias, qui doleant.
q patientes fuerint, quam qui non fuerint. Tum Gela/
stus o inquit dictum prudens. ex me id iudico/plusqui/
dem molestiæ ex patientia subiuisse me possum asseuera
re/q̃ ex intolerantia offendisse. his confabulationibus
ad mare iam deuenerant: quo loci cum circumspe-
ctans/ hæsitansquæ Gelastus constitisset, subirritatus
Charon istic inquit etiam hæres? Tum Gelastus noli
succenseas inquit o Charon/tuam enim rem æque/atq;
meã ago. Ego me tam uasto inæquore nullo se preben
te calle/nullisq; recognitis semitis me ducem futurum
commodum non profiteor: Tum Charon pronam/in
quit audiui esse ad inferos uiam/modo petas id: ubi nõ
non uideas/neq; audias quippiam. Eo igitur uersus cur
sum dirigemus. ingressi nauiз trãquillo mari nauigans
Charon uides inquit minus credẽdo uobis philosophis
ut mecum fiat cõmodius:tu/si te audissem:iam tum me
suspitionibus obruisses. At nõ credidi/ergo opportunis
sime nauigamus. Sed mare hoc cur te simulasti metue
re/qui Acheronta uideras. Non inficior uideri hoc uasti
us:sed nego aut profundius esse:aut turbulentius. Ve/
rum & quid nã illinc monstri ad nos perscindens mare
illabitur? ne non fortasse hoc illud est: q ad imferos
tantas dedit tragædias/& fluctibus uersari ferunt:
Proh & q̃

proh & q̃ optato aduenit. ꝙ enim, & quale esset potui nunq̃ intelligere, id nunc aderit coram, atq; conspicie-mur, & bene est. nunc demum iuuat mortales adiuis-se. At qui num uides eccam remp. natantem? Tum Gellastus: o inquit Charon & quid tibi in mentem ue nit, ut tam apte remp. appellares nauim? Quid si eam cupiam uerbis admodum expingere, nihil afferam illu strius. Istic enim æque, atq; in repub. imperant paucio res, parent. plurimi, & in parendo condocefiunt impe rium gerere, tum & quæ ad animi libidines student, quæ ad spem parant, ad salutem curant omnibus tē-poribus accōmodant, atq; obsecundātur. Adde ꝙ istic uti in rep. aut unus, aut aliqui, ut plures, totam rē mo-derantur qui quidem si obseruant præterita, cogitant futura, circunspectant præsentia, & omnia ratione, & modo aggrediuntur, & tractant uolentes sibi nihil re rum bonarum potius esse, q̃ uniuersis, reges hi sunt, & bene agitur. sin contra ad se omnia referunt, & cū cta præ iis, quæ collibuerint, negligunt, tyranni sunt, & pessime agitur. Tum si parent doctis, si præsto sūt: si adsunt uolentes, atq; agūt unanimes, quæ imperāt: æquabilis tūc, & firma est res. sin discrepāt, si recusant & respuūt pturbatꝰ illico resp. atq; in discrimine est. Sed q̃d agimus inconsultissimi? īminenti ab calamitate nō refugimus? incidimus in piratas, piratarum audito no mine Charon, quo nihil tetrius, atq; truculentius in-ueniri posse per sæpius intellexerat, expauit. Verum & si perterritus cōtremisceret, dissimulauit. quo Gelastū mordere dictis prosequeretur: & quantis inquit gelaste

ſubterfugiis incohatum ad inferos redditum interpel
labis? Nunc te incerta nauigandi ratio detinet, nunc
te prædonum cognita pericula detorquent, quos quid
eſt cur metuas? cui ne uitam quidem poſſint auferre.
Sed abigenda eſt hæc moleſtia. te in ſicco relinquam.
His dictis nauim ad litus uertit, & multa ui remo im
pulit. Senſit Gelaſtus Charontē expauiſſe. Iccirco arri
dens tibi quidem inquit o Charon recte fuga conſulis.
Nam ſi cæpiſſent calloſum nauitam: ſuos inter infœli
ciſſimos remiges mancipaſſent. Adde ꝗ promiſſam
iſtam tuam barbam, & capillum te imitati ad ruden-
tum opus conuulſiſſent. Itaqꝫ Charon cum ad littus
appuliſſet, offendit incolas, qui propinquis balneis di
uerſabantur præuiſis pyratis fugam capeſſentes, atqꝫ
admonentes ut crudeliſſimos, & conſceleratiſſimos ui
tarent, monteſqꝫ conſcenderent. negauit Charon ſuā
poſſe nauim, aut relinquere, aut lōgius aſportare, erat
enim feſſus, & defatigatus, obnixius dum littus pete-
ret nauigando. Eam igitur ſubduxit in contiguam pa
ludem, lutoqꝫ īmerſit, ſe aūt inter proximos paluſtres
calamos abdidit. Gelaſtus uero criptam conſcendit, at
qꝫ illic intra ceſpitem delituit. eccum e ueſtigio pyratas:
facta præda alacres e naui certatim proruentes ſeſe in
balneum cōmittunt, ibiqꝫ ludi gratia crapulonum re-
gem miro, & inaudito inſtituto inter ſe creant. in coro
nam. n. circumſiſtunt, mediis uero aquis unus demitti
tur mus, & ad quem mus nando applicuerit, is habe-

tur rex. Hoc sortis genere ex sociis naualibus qdam bene honestus factus extitit rex. Ergo dum animi oi͂um risu, & ioco soluti lasciuiunt, quæq; ad balneoꝝ uoluptates conuenirent, iucundissime exequuntur. Interea lixa unus ex libertinis naualibus abiectissimus per calonum, & lixarum conspirationem sese quoq; ludi gratia regem constituit. Huic ille prior sorte creatus rex, quod a plurimis impeteretur ultro cessit. Tota perinde res agitur ludo, & miris iocis ridetur, factumq; probant omnes, & in primis archipyrata, atq; fauet. Hinc nouus rex sese firmare iuramento concrapulonum fidem ait cupere, iccirco in medium iubet afferri atram fuligine patellam, qua omnes ueluti in ara etiam inuiti iurent, quoad ipsum ad archipyratam deuẽtum est: is quod negasset iurare, raptus ante regem de collegii sententia pro contumace damnatus est, atq; erat in contumaces pœna: ut immergerentur. Itaq; is, ut cæteri contumaces, immergitur. Verum enimuero ita immergitur, ut inter manus suffocaretur. Perterrefactis archipyratæ familiaribus, & enecati casu, & coniuratorum audacia uix sui erant compotes. At manus regia successu exultans repente puppim, clauumq; occupant, libertatemq; omnibus suo esse facinore partam proclamant, & congratulantes petito mari alto qua uenerant, abeunt. Hunc archipyratæ casum Gelastus quasi ab speculo confestim Charonti renunciatum accurrit. Nihil unquam auidius accepit Charon. Ergo: ut erat a uertice ad uestigium usq; oblitus: &

fædissimus, in medium præ gaudio animi resultans Gelastum amplexus est, eumque exosculando totum ef fecit lutulentum nūc inquiens resipisco. potuit ne com modius cuipiam cecidisse res? & illud ab rasum, ulcero sumque caput quis putarit tantos fouere animos? Nūc illi ultro suam erga me omnem iniuriam remitto. qui si affuisses Gelaste risisses. Tua ego risissem inqt Gelastus iniuria? quidni, inquit Charon, cum & ipse, qui tuti periculi metu plorarim, nunc rideam? Nāque istic ad hunc salictæ truncum unus & item alter conserui in cōiurationis consilium concesserant. Ego eorum ad uentu perculsus alter imobilis eram prope factus trūcus: prostratum enim me habebam luto, & solo sub lato uultu auscultabam quid tractarent, eorum uerba uix subaudiebam, sed audire uisus sum dicentē, sat est. hoc probo submersum suffocabimus. me illico pauor occupat oblitum mei. Compositis rebus illi quæ simu landi gratia quasi expostituri attulerant, mactare pecudis intestina, & uentres in eos confarctos, quibus de litescebam, calamos ad me coniiciunt. Atque imprimis egregius ille rex raso capite capræ caput ita iactat, ut ni declinassem, luissem. optaui quidem mihi tum cymbā æque, atque in theatro adesse pro casside, atque hui, inq̄ etiam demortuæ hic arietant pecudes? Hæc Charon, atque e uestigio rapta cymba sese undis cōmittebat. Hortabatur Gelastus, ut balneis ablueretur, ne tātis sordibus illibutus apud inferos irrideretur. Negauit Charon id se facturum, affirmauitque apud inferos malle sordidissimus uideri, q̄ apud mortales lautissimus, modo

teterrimas belluas homines fugiat. Tum Gelastus no
ui inquit quid consilii captes. uis enim tu quoq; hinc
ad inferos personatus redire. Hæc Charon, atq; Gela-
stus. Demum petentes altum, & quæ de piratis, & re-
ge recensuimus repetentes incidit, ut Charon polysa-
gi illius cum rege habitam disceptationem pulcherri-
mam, & dignissimam recensere instituerat, quam uiso
lupo se in reditu recitaturum foret pollicitus Charon.
Sed ab historiis recitandis nouum ortum periculum
interturbauit. Nanq; uerticibus, turbinibusq; obuolui
mare: atq; atrocissime sese uersans insurgere, & scopu-
lis illuctare incipiens omnem salutis spem nauiganti-
bus ademerat, præterq̃, ut ad proximam cautem asper
rimam, & difficillimam applicarent. Eo igitur confu-
gientes obstrictum, uinctumq; Momum reperiunt
tantarum causam tempestatum quærentem, uel ma-
gisq̃ suas erumnas dolẽtem. Tempestatem quidem fe-
cerant rixantes inter se uenti. Nanq; atrocissimi apud
theatrum facinoris ab se admissi culpam quisq; in ali-
um quempiam reiiciendo altercabãtur. Inde in tantos
irarum impetus exarsere, tantosq; motus exciuere, ut
mare cœlo commiscuerint. Exciderat enim ut Charon
te ab theatro diffugiente tellus omnis risu deorum cõ
mota supploderet. quo risu Aeolus excitus ex antro rẽ
sciscitatum euolauit uẽti antro inclusi animis, auribus
q; suspensi, atq; solliciti uocem audire uisi sunt Famæ
deæ, quæ quidem stridẽtibus alis æthera peruadebat
deorum Charontisq; factum decantando. Uẽtos iccir-
co tanta illico inuasit spectãdorum deorum, ludorũq;

cupiditas, ut refractis claustris, repagulis deiectis, obi-
cibusq; cõuulsis temerario impetu una omnes in thea
trum irruperint, tam multa ímodestia, ut super inten
sum theatri uelum uinclis abruptis cum parte muri
traherent in ruinam, sequentibus una statuis, quas fa
stigiis murorum nonnulli cælicolarum deposuerant.
is & ueli, & statuarum casus, non sine maximo fuit
deorum malo: nanq; alii quassati, alii obruti ruina, nul
li non aliqua ex parte collisi extiterunt. Atqui: ut cæ-
teros omittam, Iouem ipsum uinclis ueli illaqueatum
ita deturbarũt, ut resupinis pedibus naso retuso rueret
in caput. Cupidinis uero statua superne decidens deaʒ
Spem pene oppressit, non tamen defuit quin absterso
humero alaʒ decusserit. Speiq; itẽ statua Cupidinis pe
ctus obliquo uelo labans uicissim perculit. Di attoniti
quo se uerterent non habebant. At Iupiter: quod unũ
fuit principis prudentissimi, suo secum ingenio præcur
rit disquirens quidnam pro temporis necessitate sit agẽ
dum cælicolis. Etenim occurrit animo ut metuat ne
mortales iudicent ingratos fuisse dis ludorum appara
tus, & bene de superis merendi studium posthac inter
mittant, si forte diis uacuum statuis theatrum offen-
derint. Alia ex parte ingrato ab tumultu suos reuoca-
re instituerat. Ergo qđ facto esse opus intelligit, impe
rat, ut quisq; deorum illico suam in theatrum referat
statuam, atq; mox abeat, ne apud mortales comperta
re irrideant. Conuenire quidem deos quid uis incom-
modorum pati potius, q̃ authoritatem, suiq; opinio-
nem amittant. Paruere Iouis dicto omnes præter Stu

porem deum: qui quidem exanguis factus obduruerat. Sed cum cælo dii recēserentur, nō Stupor modo, aut Spes, quæ mutilata apud mortales remāserat, uerum etiam Pluto, & Nox dea desiderabantur. Illi quidem, maxime Pluto, qua de causa remanserint periucundissimum erit intellexisse. Dea quidem Nox, ut de illa prius dicam, prout tulit casus, iisdē sub theatri gradibus cum Apolline iuxta suas obdiderāt statuas, in eamq; : q̄ esset uacua, illam sortibus plenam, quam supra recensuimus ab Apolline furto subreptam, crumenam indiderat, ne ex mortalium numero, apud quos maximos ueriari fures senserat, quispiam confercta multitudine subriperet. Cum igitur Iouis imperio ardenti opera pareretur, Apollo casu non suam, sed Noctis statuam suum in pectus sustulit, ita ut crumena inter ferendum intra pedes deflueret, sed crumenam, q̄ operi esset intētus: neglexit. Nox uero dea æque tumultuario illo in opere sese agitans, quā reliquam cōperuit statuā, cōportauit. At errore animaduerso rata Apollinē nō temere alienā obuersasse statuam, se in filiæ gremiū furti sui cōscia lugens cōmendauit. Noctis filia est Vmbra, & eam q̄dem Apollo ita ꝑamat perdite, ut nusq̄ esse nisi Vmbra comite didicerit. At crumenā ipsam Ambago deaꝝ mēdacissima pede in eā offenso repperit. Hinc tāta in deū Apollinē īdignatio aduersus noctē exarsit cognita re, ut ex eo tp̄e nihil sibi antiquius deputarit, q̄ ut exosā fugādo ꝑsequeret̄, illa Vmbræ gremio sese tutat̄ delitescendo. Plutonem uero īmania ueloꝝ inuolucra irretitū detinuere, quoad lenones, q̄ fornicibus cū suis,

ſcortorum ſordibus accumbebant, fragore exciti affue
re. Hi quidem inuẽtum Plutonem loro ad gulam ob
ducto traxere. poſt id alii ſaxo pedem contundere ag-
greſſi ſunt, ut uiderent auro ne ſolidus eſſet uti ſuſpica
bantur. Alii uitreos oculos, ꝙ eſſe gemmas arbitraren
tur, dum eruere ínituntur, ita contrectant, ut altero pu
pillam extruſerint, altero confregerint. Non tulit tum
dolorem, atq; iniuriã Pluto animo forti, ſed ingemuit:
atq; plus uno ex maleficis lenonibus mulctauit. Nam
ut erat pondere uaſtus: ſeſe in latus uertens quos po-
tuit ſuppreſſit, huic pedem: & huic manum conterẽs,
atq; cõminuens. exinde ab ſordiſſimis relictus foro di
citaberrare luminibus captus. Itaq; iſtiuſmodi in thea
tro geſta ſunt. Cæterum uenti tãtorum ſcelerum ſe fu-
iſſe authores conſpicati: alter alterum ſpectãs commu
tuerant. De hinc metu conſcientiæ intra ſe animis ue-
xari: proxime mutuo alter alterum arguere temeritatis:
atq; ímodeſtiæ cæperant: poſtremo conuitiis excande
ſcere, & tumultuare perſeuerabant. Demum ardeſcente
rixa luctationum: perduellionumq; campum ſibi mare
occupauerant: ex quo repens illa, quam ꝙ ſupra com-
memorauimus, procella oborta eſt. Hac igitur procel
la acti Charon, & Gelaſtus ad eam cautem, ubi ob-
ſtrictus hærebat Momus, deuenere. quo loci miſerias
Momi aduertentes ſeſe recrearunt. Nanq; qui labori-
bus, periculiſq; acti peſſime agi ſerum arbitrabantur,
ut Momi uultus uix ab æſtuante oceano reſpirantes
una, ac lachrymas undantes uidere, alieni mali miſeri-
cordia ſuos mitigarunt animi dolores. At qui, & quis
eſſet, & qd

esset, & quid illic tam graues perferret pœnas sciscitati,
si quid opis possent, ad modum pstituros polliciti sūt.
At Momus o nos: inquit: miseros & quid est: q̄ nau-
fragus ad relegatum possit afferre opis, præterq̄ ut sua
mala collugeat. His dictis multo illachrymauit. dehinc
ut se fractum, confectumq; procellarum mole paulu-
lum ab aquis leuarent, exorauit. Quo leuato extēplo
Momus, atq; Gelastus sese mutuo agnouere. multas
enim cum apud mortales degeret Momus, cum Gela
sto de rebus maximis, & grauissimis habuerat disputa
tiones. iccirco nonnullis commemoratis utrinq; : tum
factis, tum dictis, Ego uero inquit Momus tum cum
apud uos philosophabar: Fraudis deæ ductu cœlo p
scriptus aberrabam. sed pro grauissima accæpta iniuria
in uindicanda mei dignitate malui semper me iter mor
tales humillimum uideri, q̄ inter philosophos deum,
Dedi tamen aliquid grauissimo dolori, & iustissimæ in
dignationi meæ: plura tamen dedi deorum nomini. qn̄
ea perpeti potui ab homunculis, ne ordini superum of
ficerem ipsum me propalando, quæ ne inimici quidez,
ut diutius ferrem, potuere perpeti. profuit autem ad mi
sericordiam malorum nostrorum excitandam, aut ad
illorum: qui nos oderant, iracundiam extinguendam,
incredibilis illa erumnarum mearum tolerantia. cælo
iccirco restitutus sum, & quo uideas Iouis optimi deo
rumq; æquitatem, me quidem, q̄ nulla re, præterq̄ be
ne agendo, & recte consulendo offendissem, proscripse
rant. qđ uero & deam, & uirginem in templo oppres
serim omnes risere. Redii ad superos uetus Momus ille

qui semper fueram: sed nouo animi instituto imbutus. Et qui in eam diem consueueram opinionem ad ueritatem: studia ad officium, uerba: frontemque ad pectoris intimas: rectasque rationes referre. Idem post redditũ didici superstitioni opinionem: libidini studia: dolis cõfingendis frontem: uerba: pectusque accõmodare. Non plus dico: nisi me peruersis istiusmodi artibus quãdiu apud beatorum illud collegium exercui: tandiu & principi carus: & uniuersis probatus: & singulis commendatus: & (audeo dicere) inimicis quoque tui gratissimus. Illud ad rerum nostrarum exitium fecit. qđ tantis honoribus honestatus mea interesse arbitratus sum, ut cederem iam malis artibus: & ad pristinam animi libertatem ipsum me restituerem spretis seruilibus assentationum: blanditiarumque delinimẽtis. Et sum ipse mihi conscius quid egerim, quid studuerim prodesse dis. sino cæteras res. tanta me habuit deorum cura: ut Ioui: cum de nouãdis rebus cogitaret: multis uigiliis ueteres omnes illas de deorum: regumque officio rationes collegerim: quos eram solitus cõmentari tecum mi o nepos: tabellisque conscriptas dederam. Sed ille quanti eas fecerit: hi casus edocent. Nam id quantum uidere licet: honestum: utileque consilium placuit Ioui: at placuit me in has miserias relegare. uos hic quid magis uituperabitis? An desidiam in negligenda rep. an iniustitiam in administranda? Sed institutũ hoc principis q̃ sit e rep. ipse uideat. Iustum uero esse nemo bonus asserit: neque dum scimus q̃ futurum sit, ut bene uertat iis, qui nostra letentur calamitate, neque is quidem, qui recta con-

ſulentes malo afficit praua molientes bonis proſequitur q̃diu ſic ſe gerens futurus ſit fœlix ſatis habet conſtitutum: ſed hæc curent alii: quibus relictum eſt quod ſperent. nos noſtris miſeriis ferendis uacemus. Cum hæc dixiſſet Momus: tum contra, tui me: inquit Gelaſtus: miſeret o noſter Mome. ſed quid ego meas calamitates memorem? quo te afflictum conſoler. Ego a patria exul ætatis florem conſumpſi continuis. peregrinationibus: aſſiduis laboribus: diuturnam per egeſtatem: perpetua cum inimicorum: tum & meoꝝ iniuria uexatus. pertuli & amicoꝝ perfidiam, & affinium prædam: & æmulorum calumnias, & inimicorum crudelitatem: fortunæ aduerſos impetus fugiens paratas in ruinas rerum mearum incidi. Temporum perturbationibus: & tempeſtatibus exagitatus erumnis obrutus, neceſſitatibus oppreſſus: omnia tuli moderate: ac modice meliora a piiſſimis dis: meoq; fato ſperans q̃ exceperim. At qui o me beatum. modo ni ab cultu, & ſtudiis bonarum artium: quibus ſemper fui deditus: fœliciora rependerētur. Sed in litteris quid profecerim aliorum ſit iudicii. hoc de me ꝓfiteor omni opera: cura: ſtudio: diligentia elaboraſſe, ut me q̃tum in dies proficerem non pæniteret: præter opinionem: atq; expectationem ſucceſſit. Naꝫ unde gratia debebatur: inde inuidia redundauit. Vnde ſubſidia ad uitam expectabantur, inde iniuria. Vnde boni bona pollicebantur, inde mali mala rettulerūt. Dices ea fuere quidem eiuſmodi: ut hominibus euenire conſueuerint, & te meminiſſe hominem oportet. Tum uero Mome quid dices, ſi audies

quæ Charonti huic deo acciderint: dum̃ res hominũ non ignorare digno certe: & prudenti instituto elaborauit. saxis fugatus: palude cõstituit. postremo terra: mariq; extremis periculis perfunctus ægre huc ad te casu appulit. qua abeat, quorsum tendat: ubi cõsistat: nil certi habet. Vt congratulandum in tantis malis putem mihi: uel ꝙ deos malorum meorum comites habeam: uel ꝙ deos meliores ad res natos tristiori pene uideam in sorte: q̃ ipse fuerim constitutus. Vobis item iter uos o Mome: tuq; Charon mæroris leuandi argumenta sint: ꝙ alterum quisq; alter uideat casibus non immunem. His cõmiserationibus superaccessit Neptunnus deus: qui quidem cognita uentorum proteruia nubibus imperat: ut eos superne præssando coercerẽt: quo ad ipse cursu obambiens insolescẽtes cõmodius argueret. Eo pacto cum dictis: tum tridente omnes toto mari delirantium immodestias castigarat, ac deinceps ad Momũ consalutandum accesserat. Quo loci inuentis Charonte atq; Gelasto uoluit fieri certior quid ita applicuissent. cognita eorum peregrinationis historia uehementer insaniam uentorum inculpauit, qui quidem una stultitia tam multorum flagitiorum causa fuerint: ludos interturbarint: maria peruerterint: deos affecerint. Dehinc poscenti Momo: & Charonte ordine cuz cæterorum deorum: tum & stuporis: & Iouis: & Plutonis casus explicauit. postremo est ne: inquit Neptunnus: quod me amplius uelitis? Pacatis enim oceani rebus me ad Iouem: superosq; restituam. Tuz Gelastus, si per te licet o Neptũne: peruelim optimo maximoq;

Ioui & sua: & hominũ causa suadeas: ut tabellas Momi i moderanda rep.utatur. Illis enim plurimum adiumenti inueniet ad se leuandum: suasq; res mirifice firmandas. Negauit Neptunnus futurum ut Ioui quispiam rerum agendarum modum præscribat. Ambitiosum enim principem quiduis prius posse: q̃ instrui. neq; esse ut uolentem admoneas: aut nolentem excites. Vtraq; illum in re semper sui fuisse consilii: dum mauult suum ostentare: q̃ alterius fauere ingenio. His dictis abiit: abiit & Charon: atq; inter nauigandum: o inquit Gelaste esse quid hoc dicam: in principe præsertiꝫ Ioue: quem sapientissimum prædicant: mitto illa uoluptati plus satis inseruire: potentatu ad insontium calamitatem abuti: imperare: q̃ imperio dignum uideri malle, & imperio dignum uideri cupere: q̃ esse. Hæc tolleranda sint. Illud profecto graue est, principem ita institutum esse: ut neq; bene consultantibus delectetur: neq; bonis consiliis moueatur. Tum Gelastus & quid putas inquit o Charon cum illo agi: qui assentatoruꝫ circumuentus corona in dies dediscat se eum esse: qui possit errare? & ex licentia libidinis modum: & ex libidine officii rationem metiatur? ut nondum satis apud me cõstitutum sit: præstet ne principem esse istiusmodi: an seruum. Tum Charon, facis inquit ut redeat in mentem: quod narrare incæperam ante tempestatem: de peniplusio, res profecto digna. tametsi nequeo nõ ridere. cum illius memini: qui se uilissimum hominem maximo regi præferendum asserebat. Tum Gelastus quid esse hoc & ipse dicam: o Charon in quibusq; animis ut

metu offenso omnes uoluptates animi abiiciamus, & periculo transacto e uestigio uoluptas redeat. Sed tu quid ita uisa tempestate expauisti, ut non cæptam historiam modo neglexeris, uerum & tui plene oblitus es? Tum Charon an secus potui tantos aquarum mõtes circumintumescentes, & irruentes intuens? Tum Gelastus esto montes: ut lubet: enimuero tu, qui me increpabas, q pyratas timerem, cum ne uitam qdem possent auferre, & mare inuium negligebas: quid meuisti? mare ne ipsum, quando Acheronta nõ uideris, sed cõsenueris? aut quid demum ueteranus nauita periculum ne timuisti Charon, cum te immortalem habeas? Tum Charon contra nauita & immortalis, ut lubet, hoc scio oportuerat: si forte periclitassemus, aut totas illas perpotare aquas, aut enecari. Tum Gelastus: places Charon. uerum sequere: narra disceptationem illam: uidere uideor futuram non ignobilem. Tũ Charon: audies rem dignissimam: ac iuuat quidem eã recensere, posteaq̃ huius fluuii fauces (si satis rẽ teneo) ingressi sumus. Noui aquarum suetum oderem, &, ni fallor, spelunca sthæc suppressa, & humilis ea est: qua ituri sumus. hæc ego adiui loca nõnunq̃ ociosus. Ergo posteaq remũ linquere: & pstratos secũdis aquis dilabi opus est: iacẽtes his de rebus recẽsendis delectabimur. Meã in nauim Megalophos rex: & Peniplusius præco una ĩgressi de loco cepant cõtendere dictis lepidissimis. nã se ille principe3, & honore quouis dignũ: multa sua uirtutis facinora referens: asserebat. Cõtra: Peniplusius sic disceptabat. Te o Charon arbitrum statuo. uide qd

inter nos intersit, qdue coueniat. Homo fui ego. hic ēt homo. nā neqꝫ tu natus cælo: neqꝫ ego stipite o Megalophe. publicus fuit seruus is, ego itē publicus. Hoc negato, aut quid sit regnū dicito Megalophe. nū id nō est publicū quoddā negociū, in quo ēt inuito id agere oporteat, qđ leges imperāt? Fuimus ergo pares. nā legibus ambo astricti eramus, quibus si obtemperauimus, tu atqꝫ ego fecimus ex officio. adeo ergo fuimus & serui ambo, & pares. sumus etiam aliis in rebus pares. aut si impares, ego superior, in quibus te præstitisse arbitraris. Etenim tu gradu te habitum fœliciori putas. id uideamus an ita sit. sino uoluptates: & studiorꝫ: atqꝫ institutorꝫ ꝓgressus, quæ oīa & faciliora: & cōmodiora, & ꝓmptiora, & habiliora nobis fuere, q̄ tibi. Tū & illa p̄termittamus: ꝙ te multi oderāt, tumultos timebas. Mihi oēs fauebant. ego nullis non fidebam. tibi ad tete ferēdum: ad tuas libidines complēdas multis erat opus: multa cauebas: plura dubitabas: omnia erant in periculo. mihi aduersabatur istorum nihil, plura in rebus meis exequendis suppeditabant, q̄ ut illis omnibus uterer. tibi nunq̄ nō deerant quibus esset usus. Sed hæc: ut dixi: prætermittamus. Diuitias tu ex regno, si tibi congregasti, pessime fuisti functus magistratu, & gessisti non regem te, sed tyrannum. si reipub. eas parasti, fecisti quod decuit. sed ne illa quidem tua est gloria. uniuersorum ea est ciuium laus, non tua. qui quidem, aut partas bello, aut auctas censu effecere. Dices mea cura, & diligentia urbem, resqꝫ imperii ornaui, atqꝫ seruaui. meis legibus pacem, & quietem,

meo ductu: & auspiciis laudem: & amplitudinem ciui-
bus meis peperi. Nos uero in his omnibus: quæ soli
fecimus frustra fecimus, quæ uero multitudinis suffra
gio: & manu fecimus: cur nobis ascribamus: non repe
rio. Sed quæ tua fuerit opera: & quæ mea in istiusmo
di rebus, recenseamus. Tu integram noctem aut dor-
miebas uino madidus. aut per luxum ducebas. ego in
specula aduigilabam, urbem ab incendio: ciues ab ho-
stibus: teq; ipsum ab tuorum insidiis custodiens. Tu
leges rogabas. ego promulgabam. te concionem ha-
bente sæpius populus reclamauit. me publicum quid
iubente omnes attentissime auscultabant. in expeditio
nibus militem hortabaris. ego signum dabam. te mi-
les obseruabat. me classicum canente: aut hostem inua
debat: aut reuocabatur. Deniq; tibi uniuersi assentaban
tur: nemo nobis non parebat. Sed quid agimus? tu ne
otium ciuibus parasti? cuius causa tanti: tam frequen-
tes armorum: discordiarumq; motus in urbe fuerint?
cuius artibus: & studiis publica & priuata, sacra: & p-
fana omnia sint referta inuidia: simultate: omniq; deni
q; flagitiorum genere? Tum cæteras quidem stultas re
rum administrandarum ostentationes quid est qd' re
feras? quid est: q; te iactes: q; templa: & theatra nō ad
urbis ornamentum: sed ad gloriæ cupiditatem: & ine-
ptam nominis posteritatem comparaueris? & istas ele
gantes leges quanti putabimus: quibus improbi non
pareant: & probis indixisse non oportuit? Ac poteram
quidem inquies mulctare: & esse malo maximo refra-
gantibus in hoc maleficii genere. quis me potentior?
quis paratior

quis paratior? tu qdem unos: aut alteros ciues nō sine discrimine: non sine tumultu: & multorum manu affecisses. Ego totam urbem: si uoluissem: perdidissem tacē do: atq; dormiendo. Restant duo: quibus te longe superabam: tui te dominum bonorum: fortunarūq; omnium prædicabant: ego re ipsa eram non id tantum: ut dixi: qđ ea potuerim perdere: sed quo omnium bona: & fortunæ agebantur ita: atq; dispensabantur ad unguem: uti uolebam ipse: nanq; fiebat ulla in prouincia: ullo: aut publico: aut priuato in loco nihil me iuito: tibi ne tuorū quidem bonoru3: & fortunarum ex arbitrio quippiam succedebat? plura uolebas semper: q̄ posses: ego rerum omnium nil plus uolebam: q̄ quod esset. sic enim uolebam omnia esse: uti erant: & nihil magis. Reliquum est: q̄ si tua tu amisisses bona: ipsum te suspendisses: ego risissem. Dum hæc apud inferos agerentur: Iuppiter aula reclusus in solitudine secum ipse temporum suorum casus: & institutorum successus repetens sese dictis huiusmodi castigabat: quid tibi uoluisti hominum pater: & deum rex? quis te erat beatior? pusillarum: ferendarumq; rerum tædio: quantos labores: quæ pericula: qualia incōmoda subiuisti tuis in capiendis cōsiliis? q̄ tibi fueris satis: Klarū dies docuit: bene consulentes respuisse: inconsultorum libidini obtemperasse. qđ conferat argumento erit æterno īminutus nasus: coru3 uota supplicantium fastiditi reiciebamus: quorum fœditatem irridentium postea pertulimus. Nos esse nimium beatos poenitebat: quando nouis uoluptatibus captandis ueterem dignitatem intermisimus. Nouū quæ

rebamus exædificare mundum, quasi pigeret diutini otii, & otio abundantes otium quærebamus, & otium quærentes, otium demerebamur. quid igitur assequuti sumus? indignos cælo inter deos accepimus, benemerentes, aut exterminauimus, aut amisimus: sed quid agimus? an parum pœnarum pro admissa stultitia accepimus: ni etiam acerbis his curis animi: ingratisq; durissimorum temporum recordationibus ultro excruciabamur? Abite hinc tristes curæ, uerum aliquo me exerceam opere necesse est: ne nos uacuos, & desides occupent tristes memoriæ: ac noui quid faciam. Hoc eni conclaue dissolute habitũ coaptabimus. Positis iccirco stragula, & uestibus omnem subselliorum ordinem cõmutare aggressus est: librosq; complures abiecte expositos: & pulueribus obsitos digno loco astruxit. Dum hæc componeret: uenere in manus tabellæ Momi, quas superius Ioui datas recensuimus, inuentis non potuit facere Iuppiter: quin iterum perturbaretur mœrore: seq;: suosq; casus repentes tandem tabellas perlegit animi lætitia adeo maxima: & dolore adeo maximo: ut utrisq; addi amplius nihil posset. Tanta erant in his grata una: atq; ingrata. gratum erat q in eis inueniret ab philosophorum disciplinis sumptas optimas: & per q̃ necessarias admonitiones ad regem mirifice comparandum: atq; habendum. Ingratum erat: q tantis præceptis: tamq; ad gloriam: & gratiam accommodatis p suam negligentiam diutius potuerit carere. In tabellis ista continebantur: Principem sic institutum esse oportere: ut neq; nihil agat: neq; omnia: & quæ agat: neq;

solus agat:neq; cum omnibus: & curet ne quis unus plurima:neue qui plures nihil habeant rerum:aut nihil possint. Bonis benefaciat etiam inuitis. malos non affi-ciat malis:nisi iuitus. Magis notabit quoq; per ea:quæ pauci uideãt:q̃ per ea:quæ in promptu sunt. Rebus no-uandis abstinebit: nisi multa necessitas ad seruandam imperii dignitatem cogat: aut certissima spes præste-tur:ad augendam gloriam. In publicis præseferet ma-gnificentiam in priuatis parsimoniam sequetur: Cõtra uoluptates pugnabit non minus:q̃ cõtra hostes. Oti-um suis:sibi uero gloriam:& gratiam artibus pacis po-tius:q̃ armorum studiis parabit. Dignari se uotis patie-tur:& humiliorum indecentias ita feret moderate: uti a minoribus suos pati fastus uolet. Huiusmodi erãt in tabellis complurima:sed illud omnium fuit commo-dissimum inuentum ad multas imperii molestias tol-lendas. Nam admonebat ut omnem rerum copiam tris in cumulos partiretur. Vnum bonarum:expeten-darumq; rerum. Alterum malaꝝ. Tertium uero pone-ret cumulum earum rerum:quæ per se:neq; bonæ sint: neq; malæ. Has ita distribuebat ut iuberet ex bonoruꝫ cumulo industriam:uigilantiam:studium:diligentiam: assiduitatem:reliquosq; eius generis deos desumere ple-nos sinus: & per triuia: porticus:theatra: templa: fo-ra: deniq; publica omnia per loca aperto sinu ultro obuiis porrigerent: & uolentibus grate: ac lubens traderent. Mala itidem sinu pleno, & aperto: inui-da: ambitio: uoluptas: desidia: ignauia: cæteræq; his similes deæ circunferrent: atq; sponte erogarent

non inuitis. Quæ autem neq; bona: neq; mala sint: uti ea sunt quæ bona bene utentibus: & mala male utẽtibus sunt. Quorum in numero putantur diuitiæ: honores: & talia ab mortalibus expetita omnia fortunæ arbitrio relinquerentur: ut ex iis plenas manus desumeret: & quantum cuiq; uideretur: atq; in quos libido traheret conferret.

ROMAE. EX. AEDIB. IACOBI. MAZ
RO. ACADEMIAE. BIBLIOPOL
M. D. XX

Charta.5.corrigendum uidet̃. Q̃d muliebres.7. Summamq; igniu͂
potestaté.Ité.Ex eo foco.8.in tergo.Aduentitiæ.15.in tergo . Semp̃ ne
pessundabimur istoꝝ ĩpudétia? Semp̃ intolerabilé istoꝝ insolentiá p̃
feremus?16. in tergo. Da manũ/hoc tibi spõdeo.17. in tergo. Bellissi
me inflectebat.18.Ex ĩsomnio noui.Ité. Liceat imitari.19. Quid pos
sem.Ité.in tergo. Tolle qui pareãt.Ité.Disputabũt.20. Quasi iam tu͂
cæptá.Ité.Forte neglectá posticã.Ité in tergo. Atq; cõtremiscebat.21. in
tergo.Cõsequi eá noluit.Ité Fœda & obscæna.22.Ex se natũ malũ. Ité
Verboꝝ tñ petulantia insolescebat. Quæq;.n. illic cõspicaret̃:decanta
re minime intermittebat.Ité in tergo. Versum. Ité Recentis fabulæ.
23.in tergo. Quá p̃ditoꝝ calũnias.Calũniasq; ipsas.Ité.Habere se apud
Ioué.Ité insensa.Ité totá se.24.in tergo.Hoc age.35.in tergo.Cõsulturi.
29.in tergo.Cohibere an porrigere.30.in tergo: Temulenti.Ité Gnaui
ter.31.In tergo.Rõnes malo iniri.32.Id Iouis dcm̃.Ité Tá fuit uolupta
ti.Ité.Quid ni & uirtuté.33.Ex me natá.34.in tergo.Suspitionũ.37.Si/
nere se picula.Ité in tergo Fingi posse.39 in tergo.At solo.Item.Peri
stromata 40.Q̃d si quid.Ité Fessis.44.Successu(uti fit)elatus.48.Ac
sibi plane cognita.Ité.Hos putes.54. Et sua interesse. Ité Iubebis eos.
Ité in tergo.Et iocũ uerbis illicere.Ité Arbitreris.56.Vt temporꝝ suoꝝ.
Ité.Tu quidem cõstirpata.57.Offenderet.Ité.Ex snia succedat. Ité.in
tergo.Sed quid ago? Ité.Habebo fautoꝝ.Ité.At uincat(uti aiũt)ma/
lũ.58.Atq; ita cõtendãt.Ité.Quot erũt hi.Ité.Nocuosq;.Ité.Ad sceptri
dignitaté.Ité/in tergo.Videri cupiebat.Ité.Atq; despiceret.60.Platoné
inqunt.Ité ueluti feria.Ité.Iam tum accusaret initá p̃fectioné. Ité.In/
terciperet.61.Et subridés/num.62.Deá uiderint.Ité.Quoquo uersus
63.in tergo: dele duos uersus. Diogené uersi accursitarũt.hi re intelle
cta hortati sunt/ne in philosophũ istiusmodi esset iratior.Deinde ad:
Ité.Eũ uelit esse.65. Neq; n.aliũ.Ité. Qualé se habeat.69.Ac se eá q̃dé.
70.Democritæá illá.Ité,in tergo.Varios mundos. Ité. Officulorũq;.
71.in tergo. Animal unũ.72.Iũge o atq; c.74.Cõstitutas.75.Partim mu
neris.78.Vide q̃d possit ĩprobitas 79.in tergo.Ferme singulos. Item.
Hũc semp̃ sapere.80. Vllius iniuria.82. Sua cá tam impie. 87. Præter
me p̃dicas.Ité.Is p̃fecto ipse est rex.Ité.Sed tu reges esse.90. in tergo.
Vbi nõ uideas.92.in tergo.Mactatæ pecudis.93.Quas erá solitus cõ/
mentari tecum mi Oenops.97.Tabellis.   Cæteræ imprimen
tium peculiares mendæ:leuelq; offensiones , sedulum lectorem mi/
nime morabuntur.

LEONIS BAPTISTAE ALBERTI. OPERA



Hieronymus Massainus Roberto puccio. S.

SOleo sępe & mecum / & cum amicis te summopere laudare Roberte pucci: q̃ uiros omnis doctrina quauis pollentes uita functos laudibus prosequi / nomenq̃ illoru3 obseruare: uiuentes uero propriis opibus alere plurimum gaudeas. Quod cum ĩ plurimis / tum maxime uidere est in Lucio Bellantio nuper nobis tam malo fato adempto physico non uulgari / astrologo egregio / & uiro quippe in omnibus doctrina non mediocri / atq̃ ingenio prope diuino: cuius tu assiduo: ego sępissime dulcissima & amenissima illa familiaritate utebamur: dexteritatem / agilitatem / facilitatē in omnibus admirantes / aureos illos mores semper collaudātes. Verum quid hęc ego referam? quorum sine lachrymis meminisse nequeo. Iam satis Lucium defleuimus. satis iā satis conclamatum est. Tu cu3 noua semp̱ cura erga doctos & doctorum scripta afficiaris: non in merito animo angeris Leonis Baptistę Alberti ciuis nostri opera delitescere: uiri profecto omni laude dignissimi: & qui docta per ora uirum uolitare mereatur. Quap̱p̱ poscis a me illa ut imprimātur & usui omnibus esse possint: ne amplius a doctorum cōspectu oblitescant. Sed per te (si fieri possit) perpetuitatem nanciscantur: Quę ego te monente & hortāte primū: post uero ad me rediens ultroneus lego / colo / & ueneror / & inter pretiosa mea (siqua sunt) charissima habeo. In quo quantum tibi debeam non ignarus gratias habeo ĩmortales. Tu .n. cum ad hoc me uerbis impellere nequires / suadens assiduo uti tam docti uiri opera expiscari / lectitare / & in unum colligere deberem: egoq̃ animum auertens / in hoc male sanus ineptias me lectum ire quotidianorum nostrę etatis scriptorum simillimas arbitrarer: tu a pio incepto (ut tuus est mos) non desistens: Sed ingenii bonitate amici morbu3 egre ferens te mihi integrum medicum prebuisti: dicens intra te

(ut albitror) mutanda mihi ratio est, mutandus & modus: quo Hieronymi mens improuida ludificetur, decepta tñ nõ capiatur: sed potius tali a tactu recreata ualescat: Quod uerbis non potueras, re aggressus, paucas quas habebas Baptistę intercenales mihi legẽdas dedisti. quibus lectis superi boni quanta me cępit uoluptas? penituit me ignauię & perui cacię meę. nec unquã deinde opus fuit currentem equum incitare. Sed hęc (ut nosti) a situ uindicans labore in menso collegi, diligentia non mediocri emendaui. Adeo .n. (nescio quo malo fato acta) corrosa, diminuta, decurtata, malescripta, & dilacerata ad manus meas maximo studio quęsita preuenere: ut licet ursum ĩ effigiandis catulis suis imitatus sim: uix tamen ĩ proprios Baptistę foetus reformasse gloriari liceat. Hunc ego sum solitus dicere persimilem Theophrasti illius uer̃ diuini scriptoris: qui tam sinistro fato res suas cõmentatus fuit: ut partiʒ ad nos scripta illa non peruenerĩt: partim uero adeo mutila, & mendosa deueneri̇t: ut bonum quẽq̧ Theophrasti misereat: uel nostri potius ac nostrorum temporum quę tam pretiosis illis careant. similis fortuna accidit Alberto nostro qui quãuis nõ (ut Theophrastus) archana semper philosophię tractauerit: Sed leuiora quędam aliquando (nunq̃ tamen sui oblitus) scripserit: Latuit in hunc diem, Scriptor prefecto adeo foecundus adeo fertilis ut luxuriantem hunc qñq̧ agrum nimio (ut aiunt) ubere glebę admirari detur. Adde tot & tantaruʒ rerum cognitionem: ut hunc non multiscium, sed omnisciũ merito dicas, ut qui illũ non amet, non ueneretur, aut insanus omnino: aut p̃cęteris aliis inuidus sit: Cũ tot huius uiri a natura dotibus largiris, tot ornamentis tanta arte quęsitis non trahatur. Quid dicam de moribus? quibus & laudandi & culpandi sumus: Cum illi a bonis animi quę nobis intrinseca: non corporis & fortunę quę extrinsera sunt, emanent. Quibus adeo sanctis fuit: ut nouus hic Socrates se

tanquam speculũ cunctis semp̄ prebuerit. Refert mihi nõ nunq̃ amicus quidaꝫ qui Baptistę perq̃ familiaris semper uixit, plura de illo: quę dum audio admirabilitate p̄citus stupeo magis: q̃ laudare possim, Quanta fuerit continentia, quanta corporis castimonia, quanta in omnibus rebus uitę ĩtegritate. q̄bus auditis & suis lectis scriptis quę uere hominem temperatum et ĩ omnibus frugi nobis ostendunt: euenerit nonunnq̃ cum ruri agam (iuxta. n. uillulã nostram sub urbanum ille suum sępius incolebat: si quando hominum satietatem extoto expuere: & se totum meditationi tradere uolebat) ut gymnasiolum suum quod tu gurgustiolũ quoddam dicas: tanta erat inomnibus summa moderatione & modestia: omni a se (ut alter Diogenes) ambitione pompa, & fastu semotis: gymnasiolum inq̃ & meditullium illud ubi plura conmentatus sit: ego non nisi horrescẽs tanq̃ sacrum ac ueris musis quõdam dicatum locum ingredi potuerim. Sed ad litteras redeo. Quis alter detur tẽpestate nr̃a mathematicis disciplinis imbutus, perspectiua & symmetria ab solutus, edificatoria consumatus, omni philosophia referctus, Platonicis sacris initiatus, ut Leo noster fuit. legatur opus suum depictura, opusculumq; de picturę elementis & utrum mathematicus & per spectiuus dici possit apparebit. Inspiciatur illius Statua & tunc de symmetria loquamur. De re edificatoria non dicam cum uolumen illud iam diu editum in decem libros digestum laudibus nostris non egeat. q̃ multiplici philosophia redundet morali presertim indicant decem intercenalium libri quos totam non modo urbem hanc: sed omnem pene italiam rimantes (uti sagacissimus canis inuestigando) maximo cum labore in unum tãdem uolumen redegimus. Qui quantum ad bene uiuendũ faciant, quantum sequientem in homines fortunam nos ferre doceant, quantum nos re ipsa q̃ uerbis philosophari moneant, nemo qui non legerit poteri arbitrari. Quid loquar

de Momo? Momus inq̃ non oscitantes sibi expostulat. commedat quis (ut greci dicunt) cardamon: post deinde ad Momum accedat. Quę miranda bone deus in eo opere deprehendet? Legat quiuis non litteratus tantum dico, sed bene doctus, Asinum illum aureum siue Lucii Apulei latini, siue Luciani (ut uolunt) greci scriptoris: perlegat dein de Leonis Momum & periculo nostro conferat: aduertatq; animum: si Asinus Apuleium inter platonicos adsciuit: ĩ quem platonicorꝝ gradum Albertus noster ob Momũ suũ adsciscatur. Quę monita circa humana, quę mysteria circa diuina lateãt, examinet: & tunc (nil ambigo) ad mirãs dicet, o uirum etate nostra per nullorum, o uirum priscis illis mirabilibus uiris iure annumerandum. Et ne cuncta Baptistę opera nunc recẽseam quęplura apud nos sũt: satis sit e multis pauca percurrisse: in quis & reliquis scriptorẽ semꝑ se grauem & festiuum simul prebet: cuius similem raro inuenias. Q̃ʒ diues sit in inuentionibus. Q̃ʒ mirus in dispositionibus ordine & distributione unius cuiusq; rei seruatis, quãta arte polleat in preceptis suis nemo doctus non stupet. Prebet se facilem in rebus uel difficillimis tanta exprimendorꝝ cõceptuum arte ualet latinę linguę nunq̃ oblitus. Licet.n. in quibusdam licenter nimis agere uideatur: id omne ex industria non ex uerborum ignoratione: Sed consulto factum ab eo scias. Non.n. ignorabat quantum in unaquaq; re litteraria posset: & cancellos sibi prescriptos recte tenebat: sed memor Ciceronis dicti censebat augentem latinam linguam noua quędam (licet pauca) non nulla uero arbitratu suo dicere decere. Quod fortasse scioli quidam nostri temporis dãnabunt: hunc uti non mere latinum explodentes: qui cum omni iudicio in litteris careant: quisquilias tantum ac ridicula indagãtes, modo affectatiunculis suis quibus (ut Quĩtilianus ĩquit) nihil apud doctos odiosus pueriliter gaudẽt: modo duri & quantum in se est salebrosi abscõdita & exoleta

linguę uerba perquirẽtes uulgo admirationi eſſe uolũt. Omnia eni; ſtolidi (ut eſt Lucretianum illud) magis admirãtur amantq; inuerſis quę ſub uerbis latitantia cernunt. Hos omnis miſſos faciamus qui tanq̃ pſitaci & corui nil niſi audita & lecta proferentes & nihil in ſe penſi in re quapiam habentes comuni quaſi ſenſu ubiq; carent. Hi ualeant cum generoſus Leo non niſi generoſi animi cenſuram ſubeat. Sed de hoc tanto uiro mihi alias longiori ſermone ſcribere in animo eſt: & ſi delituit hactenus pro uirili mea fatis contraria fata rependam. Mitto tibi igitur mi Roberte non cuncta Baptiſtę opera: ſed pauca quędam: ac laborum ſuoru; quaſi preludia: quę impreſſum iri curabis. Digna ſunt. n. quę legantur Platonis uel iudicibus (ſi extarent) non repugnãtibus. Volebat. n. Plato philoſophorum (ut Cicero inquit) deus ĩ rep. ſua eſſe iudices qb⁹ incõſultis opus nullũ ederetur. Lex profecto ſãctiſſima ac diuina: ne litterę / ne diſciplinę / ne boni mores q̄ ab illis hauriũt: cõtaminarẽt / atq; temere (ut nũc) darent̃ peſſu;. Q̃ ſi Plato ide; his tp̃ribus tãta fece pollutis ad nos rediret: uideretq; non aliqua arte euigilatos libros: Sed horrẽda ubiq; monſtra ad quę domanda mille Hercules uix ſatis eſſent: quę barbari turpiſſimi iam facti ſcriptores omnes nõ modo linguam: ſed unanquanq; ſcientia; / bonas quaſuis artes cõfundẽtes / puertentes / & omnino perdentes quotidie edũt: Vnde & litterę ſimul & diſciplinę piere: Vnde miſeris iuuenibus aditus omnis ad muſas occluditur. Exulant nãq; miſellę a barbaris prtim: qui (cũ ſtodiliſſimi ſint) ſe ueros illarum hoſtes profitentur: partim uero (nec fortaſſe minus) ab iis qui du; ſe illarum alumnos credi uolunt latinum nomen reſarcire pueriliter pollicentes / degeneres ubiq; & quorum illas ſummopere pudeat deprehenduntur. Vt deſperemus poſthac non fucatas dico & perſonatas: ſed ueras illas & ſimplices muſas Iouis & Memorię filias unq̃ ad nos poſtliminio reuerti poſſe: proclamaret medius fidius (ſi adeſ/

ſet Plato) o celum , o terras , o maria Neptunni. Verum ca/
lamitatē hanc tam ingētem nos alias deplorabim⁹. Tu nunc
ſuſcipe quę cęteris legenda tradas: Baptiſtę opus de commo
dis litterarum atq; incommodis: quod ipſe iuuenis ad modū
ſcripſit. Eiuſdem libellū de iure, Triuia, Orationē funebrē
quam pro cane ſuo cōpoſuit: in eo periclitari uolens qđ dixit
Maro: In tenui labor eſt: At tenuis nō gloria ſique3 numina
lęua ſinant: & centum Apologos non aſpernandos ad Aeſo
pum fabulatorem ſcriptoremq; illum uetuſtiſſimum Apolo
gorum patrem. quę ſi lectoribus non iniuncuda fuerint ſe
ria q̃ primum illis proferemus. Duxi. n. his (ut ſic dixeri3)
extrariis lectores pertētādos eſſe: quę niſi reſpuāt ſacris Bapti
ſtę initiandos cenſebimus atq; auſcultatoria mox tractabunt

Vale

Leonis Baptistę Alberti De commodis litterarū atq; Incommodis ad Carolum fratrem



Aurētius Albertus parēs noster uir cū multis i rebus tū i educāda familia tēporibus suis faci le nostrorū omniū princeps ut meministi Carole solitus erat nos ita instructos uelle & domi & foris uideri: ut nunq̄ essemus ociosi. Qua q̄dē ingenua & preclara patris nostri disciplina īstituti & ībuti / Tu semper aut gerēdis ne/gociis aut in licterarum cognitione uersaris: Ego autē qui me totum tradidi litteris cęteris posthabitis rebus omnia pos se libentius debeo q̄ diem aliquam nihil aut lectitando aut cō mentando pręterire. Qua ex re illud quidem nos assequutos gaudeo ut ad uersas quibus diutius premimur erumnas par/tim ferre moderate: partim uitare prudenter licuerit documē tis litterarū. ac mihi quidem studiis nr̄is nō modo ut nobis tantū prosint sed magis etiam ut amicorum ex pectationi satisfacerem enitendum uidetur. Nanq; in dies nostri quibus & dignitas mea chara ē & fama omnes exposcūt: ut fructū ali quem depromā uigiliarum mearū quo intelligant: me meo studiorū labore & assiduitate aliquid profecisse. Itaq; & mea & meorum causa sępe ac multum animo & cogitatione plu rimum ipse mecū uersās meditabar: q̄dnā possem dignū ad inuenire in quo uires ingenii mei periclitarer: tum meis iubē tibus (siquid in me esset) obtemperarem. Nihil mihi unq̄ p̲ uestiganti inmentem subiit quod ipsum a priscis illis diuinis scriptoribus non pulchre esset occupatum: ut neq; eam rem uiro hac etate doctissimo quam iidem illi melius dicere neq; mihi similia illis apte et condigne agere relictum sit. Ita & seria omnia & iocosa ueteres ipsi complexi sunt. Nobis tātū legendi atq; admirandi sui facultatem & necessitatem dimi/serunt. Tum hac etate qui maiores adsunt natu nōnulla quę fortassis a superioribus scriptoribus neglecta latitabāt laudis

& nominis gratia deprehenderunt. Nam prestantius sic esse recte opinantur ii qui laudem cupiant: quippiam & si non omni exparte perfectum atq absolutum conari: q̃ in litteris silentio consenescere. Quid igitur nos? Num parum commode Isocratem illum rhetorem imitabimur qui Busiridem nequissimum tyrannum laudasse ac Socratem optimum & sanctissimum philosophum conditis orationibus uituperasse fertur. Sane sic censeo multa ingenium exercentibus nobis presertim iuuenibus concedi: quę alioqui maturis & perfecte eruditis uiris denegarentur. Condant illi quidem hystoriam, tractent mores principum, ac gesta rerum publicarum euentusq bellorum. Nos uero iuniores modo aliquid noui proferamus nō uereamur seuerissima & (ut ita loquar) nimium censoria iudicia illorum: qui cum ipsi infantes & elingues sint tantum aures ad cognoscendum nimium delitiosas porrigunt: quasi doctis sat sit non pectus sed aures eruditas gerere. A nobis magnis uigiliis non priscę imprimis eloquētie expectanda laus est: ad quod & si uiribus totis iam diu contenderimus nunq̃ tamen ne mediocriter quidem assequi potuimus. Verum exercitationum nostrarum uetus consuetudo nostra tenenda est: atq id quidem nō quo illis placeamus qui per omnem uitam suam nihil plusq̃ nihil laudare didicerunt. Sed hoc ad scribendum instituto accessimus: ut nostris (eorum uoluntati obtemperando) simus hoc munere gratiores atq acceptiores: in quo bene nobiscū agi arbitrabimur si id assequemur ut nos eruditi nō penitus contempnāt. Itaq consuetudini nostrę & meorum petitionibus operam impertientes hoc de cōmodis litterarum atq īcōmodis edidi opusculum. Quod qdem mi frater qp meis morem gesserim tum etiā qp fuerim materiam nactus nō uulgarē neq satis ante hoc tempus explicitam gratum tibi futurum arbitror Et noui studia litterarum: quibus ad hunc usq diem superiorem etatē omnē traduxi meā q̃ sint cōmoda atq īcōmoda

tu uero (ut tuo in ephoebis utar dicto) mi frater relege hunc nostruz libelluz / corrige / i muta tuo quidē arbitratu: emēdationeq̧ tua inuentionem nostrā effice gratiorē ac digniorez.

Sępe audiueram plerosq̧ grauissimos eruditissimosq3 uiros de studiis litteraruz ea referentes quę non iniuria p ossēt a litteris discendiq3 cupitate unumquęq3 auertere. Cęteras.n. inter persuasiones quas quidem multas ac uarias adducebant palam profitebantur: se minime illos esse (q̄ q̄ litteris profecissent) qui si tempora restituerentur: nō quiduis aliud uitę genus subire q̄ ad litteras redire cōmodius ducerent. Qua ego sententia esse eos presertim qui nullum tempus uacuum litteris pretermitterent a mea tantum opinione aberat: ut non modo aliter q̄ sentirent dicere illos arbitrarer: Sed eosdem etiam propemodum inculpandos existimarem. Nam preter officium uidebatur: si docti deterrerēt iuuenes a litteris: uel si prudentes uiri ea sequerentur quę parum conducere itelligerent. Ea re fiebat diligentius plurimos litteratos cuz percunctarer tuz in omnibus fere hunc ipm animuz cōperirē: alienuz uidelicet a studiis litteraꝝ quib9 essent maximopere dediti. Mihi uero q̄uis multoꝝ autoritas rationesq̧ obstarēt: tamē nescio quo pacto q̄ litteratis aliter uidebat̄. Erat.n.eiusmodi apud me opinio ut dum illi uiri eruditissim i suis rationibus multa litteris incommoda adiudicarent: ego esse litteras iucundissimas censerem. Dunq̧ cęteris omnibus disciplinis illi cultuz litteraruz postponendum putarent: ego litteras rebus omnibus preponendas ducerē. Deniq̧ ita me cognitioni litteraꝝ dedicarā omnino: ut nihil i litteris preclarū esse diceretur qđ animo & uolūtate non appeterē: quod laboribus / cura / atq̧ uigliis / nō ꝓsequerer: qđ ue sunma diligētia & obseruātia quātuz possē nō excolerē. Quę posset.n.apud me esse opinio aut institutuz laudabilius non uidebā. Excelsi quidē animi officiū putabā labores / uigilias / omnesq̧ reliquas studiorum curas & difficultates subire ac perferre uel sciendi cau-

sa, uel honoris & famę adispicendę gratia: quas me res pos-
se litteris assequi existimabam. Ac fui quidem in ea opinione
& istituto sane liberali sed parū necessario q̃ diu qd ī hominū
usu oporteret ignoraui. Postea uero q̃ usu & tractādo homi-
nu3 mores apertius cognoui: fatebor quas rationes de littera
ru3 ī cōmodis refellere ac despicer̃ solitus eram, eas cōtra om
nes cepisse me tum animo non nihil approbare: tum rebus
ipsis non minima ex parte easdem ueras esse intelligere: q; per
pendi admodum nullam fore uiuendi uiam quam laboribus
& anxietatibus ista ipsa litterarum institutio non exuperet:
a qua ut uita studiosorum non longe facilitate fortunę supe
retur: Quo fit ut minime inttelligam quid tantis laboribus
soli tantisq; uigiliis litterati uelint: nisi forte a cognitione re
ru3 earu3 quę litteris continentur capti ac detenti minus fran
guntur laborib9 q̃ cęteri. Ego tamen ob studia litterarum nō
minus laboribus fractum ac debilitatu3 me q̃ omnibus fortu
nę bonis spoliatum undiq; esse sētio. Sed de meis in cōmodis
alias. Nunc sat sit non sine causa eoru3 omnino sententiā nō
abhorrere qui (ut diximus) omnia mallēt q̃ litteris cōsenuis
se: nō tamen ita me ab instituto uetere dimoui ut litteras pe-
nitus deserandas arbitrarer quas non esse (ut opinabar) com
modas compererim. Sed nos ita in studiis litterarum esse ani
matos oportere censui: ut pre rerum nobilissimarum cogni-
tione parui admodum reliqua omnia fortunę bona facien-
da existimaremus: sola quidem sapientia contenti essemus.
Quibus autem rationibus adducar ut ita constituam de lit-
teris: erit (ut arbitror) non iniucundum neq; id quidem in
utile accepisse. Videbis. n. maximo in errore uersari eos qui
sibi aliud ex litteris q̃ liberam & expeditam sapientiam
pollicentur. Ac poteris quidem stultissimos illos recte ar
bitrari: qui diuitiarum, amplitudinis, aut ceterarum ina-
nium, caducarumq; rerum cupiditate tantos labores perfe-
rant quantos litterar4 studiosos ꝑferre opus est. Oportet. n.

duram & asperam uitam ducere studiosos. De iis uolo intel-
ligi qui (ut debent) cęteris omissis rebus omnibus omni ani
mo atq; opera litteris dediti sunt. Nulla est .n. ars quę & si
minima sit non te totum exigat modo in ea uelis excellere.
id quidem cum ceteris omnibus artibus ita conuenire uide-
amus tum maxime hęc litterarum disciplina una est in qua
nulla etate liceat a curis maximis uacare. Nam ab ipsa qui-
dem pueritia litteris deditos uidemus uoluendis (ut aiunt)
chartis & in solitudinem religatos ferula, magistris, discen-
di cura, lectitandi assiduitate & labore, attritos ita & con-
fectos eosdam uidemus ut plerumq; appareant frigidiores q̄
illa etas postulet. Post hęc sequitur iuuenta etas. hanc ue
ro q̄ ducant iucundam & lętam tu ex uultibus eorum con-
templare. Aspice quo pallore qua tristitia, q̄ omni facie cō
poris remissa & pene abiecta ex diutino illo scolarum & bi-
bliotecarum carcere egrediantur. Miseri illi q̄ sunt exhau-
sti, languidi longo lectionum tedio, magnis uigiliis, ni-
mia assiduitate, ac profundis animi curis obruti: ut eos cuȝ
uiderint qui humanitatem sapiunt: soleant aut misereri la
borum: aut ineptias eorum uehementius inculpare. Maxi
me si nulla fortunę bona tantis laboribus concupiscant &
merito id quidem. Nam preter cognitionem ex litteris con
moditates (ut sic fortunę bona dicantur) nullę inueniuntur
Quamobrem uehementer illi quidem inculpandi sunt qui
tantum in hoc studio operę curęq; posuerint: ut non maio-
re in optimum fortunę & dignitatis statum uita humana col
locari posse uideatur. Nam caput rerum caducarum omniū
quę maxime apud mortales commodę putantur eiusmodi
est: ut aliis diuitię, aliis honores, aliis uoluptates, res dignę
uideri possint: pro quibus maximopere contendant. pre-
ter eas quidem imprimis fortunę commodum putandum sit
ignorare arbitror. Nam extra hęc inueniri puto in bonis
fortunę nihil qđ cōmodum dici aut putari debeat. Ab huius

modi tamen omnibus studiosi ex cluduntur. Quod ut dilu cidius sic esse ostendaȝ: principio dicam q̃ maximis uolupta tibus perfruantur: proxime litteratorum diuitias per scru- tabimur: reliquum erit ut de honoribus exquiramus: atq; erit quidem omnis nostra oratio succincta & pro rei magni tudine breuis ueluti quę una cum re ipsa prodeat in medi- um: non ut se ostentet: uerum ut commoda omnia quę in sũt litteris atq; incommoda apertissime intuens rectius quid agendum sit consulat. Multas preterea dicendi rationes quę ad motus animorum ualent ac deniq; plures argumentan- di modos abiiciat: ne uideatur producere disciplinas ad con temptum & litteras uelle despiciẽdas tradere. proderit autẽ cognita res & nostra (ut existimo) argumentatio ad illos euo candos ab errore qui aliud ex litteris q̃ meram ipsam erudi- tionẽ & sapientiam ex poscunt. Neq; non proderit quidem ad studiosos frugi & prudentes confirmandos: ut in litte- ris sola doctrina & rerum peritia gaudeant: reliqua mini- mi pensanda censeant. Itaq; ad rem proficiscamur. Princi- pio sic existimo qui pauper sit q; effectrix aut certe optima uoluptatum captrix pecunia desit nulla indisciplina posse hunc satis multa cum uoluptate uersari. Quod si uoluptas (ut aiunt) ea est quę sensus moueat / animum delectet iu- cunditate quadam atq; amenitate: Nempe cum omnium earum quibus mouentur sensus epularum / unguentorum & eiusmodi rerum copia nequeat sine pecuniaruȝ suffragio satis excipi: Quonam pacto poterit in sensus uoluptate pau per consistere? aut qua nam animi iucunditate fruetur is cui pro necessitate ad quęstum sit mens potiusq̃ ad delectationẽ propensa? Nimirum sunt ista ipsa diuitum & ociosorum hominũ uarietatẽ rerum pulchritudinẽ / splẽdoreq; / atq; elegã tiam / animi causa consectari atq; complecti cupiẽtiũ: Tuȝ etiam sic censeo. minime multos locupletes iueniri qui ipsas litteras ne dicam litterarum uoluptates multi esse faciendas

existiment. Nimis. n. plereq; aliæ undiq; diuitibus uolupta tes suppeditant. Vt maior illis cura sit notis uoluptatibus inter amicos perfrui q̃ apud nos litteras inuestigare ignotas Quod qdem & si fortasis hi quæsituri erunt: Videamus an ex sententia illis succedant res. Illud iam maxima ex parte conspicientibus ex sese patet qđ paulo ante a me commemo rabatur. Studiosorum uitam multis magnisq; difficultati bus esse referctissimam. ab ipsa qdem pueritia omnem pereta tem premi ac perstringi laboribus: tum uigiliis: diuturnaq; cura & sollicitudine nūq̃ eosdem esse uacuos litteratos uide mus: ut eos nemo facile credat tam laboriosa in uita multa comperire quæ uel mediocrem sapiant uoluptatem. Et. n. uoluptatum prestantissima & libero homine digna una il la est per urbes prouinciasq; uagari: multa & templa, & the atra, menia atq; omnium generum edificia spectare. locaq; ambire quæ tum natura amenissima, grata, munitissima: tū manu & ingenio hominum fuerint ad cōspectum pulchra: adq; impetum hostium continendum reddita tutiora. Qua insigni uoluptate utrum illi omnino non priuantur qui se se litteris dedicarut? Non quidem proficiscentes peritinera trahere libros: neq; nouis regionibus contemplandis occupa ti multa possunt lectitare. Quod si parum multa parumue sæpius lectitantem fieri te litteratum putabis: nihil erit quod ab hac discurrendi per pouincias uoluptate retraham. Caue tamen ne omnes profectiones non solum incōmodæ stndiis sed etiam studiosis longe uituperandæ sint. idqdem cum ce teras ob res tum uel maxime q; in ipsa patria litterati paulū proclîuius amena prosequentes uituperātur. Nanq; ut cete ra omittam celebritates qdem nuptiarum, choreas, cantus iuuentutis ludos, amena hec qs ignioret q̃ litterarum presē tiam dedignentur atq; oderit? Reliquæ omni iuuentuti fidiū Musicæ. saltandi, eiusmodiq; dulcissimæ artes non minimū laudi conceduntur: liberale in illis officium putatur. Qui

in ipsis artibus uel mediocriter periti sunt: hi grati sũt omni bus atq; iucundi. Itaq; inuitãtur / rogãtur omnes qui in eius modi artibus aliquid ualere existimantur. litterati uero tan tum refelluntur / excluduntur. Nam si ad hec accesserint pal lenti (ut solent) uultu aut ridiculi sane sint omnibus: aut graues si se inmiscuerint quantos ciebũt risus? quantas conti nuo audiẽt obtrectationes? Quis non succenseat canẽti aut saltanti litterato? Mimmos / histriones. leuissimosq; se habe ri prorsus conspicient. penitebit / dolebit si sapient. Ita q3 qđ aliis alacritatem affert: id ipsũ istis litteratis tristiam refert Quod aliis datur honori: his ad uituperiu3 impĩgitur. Quo alii inuitantur isti expelluntur: ut non stulte deditis litteris adolescentibus meo iudicio precipiatur ne per alienas proui cias solatii causa discursitent: cum ne propria quidem in pa tria rebus amenis & iucundis sine ignominia ĩseruire liceat: Quare siquid famę & laudi consulendum putabũt pulchrę domi sese occlusos detinebunt: resq; omnes foris elegantes / amenas / admirationeq3 dignas omnino hi tales abdicabunt a se atq3 proscribent: quo maiori (ut opus est) assiduitate ad litterarum cognitionem sese obfirmẽt: ac deniq3 nullam pa tientur apud se uisendi uoluptatem tãtum ualere ut animo alias ad res distracti non queant multam litteris atq3 necessa riam quam debẽt operam contribuere. proxime his amatorię sũt uoluptates a quibus litteratos admodum cupio esse alie nos. Nam cu3 illas quidem omni hominu3 gnr̃i maxime no cuas esse sapientes omnes persuaserint: multo tamen magis stodiosis admodum pestiferę ac pernitiosissimę sunt. Quis. n. amore occupatus potuerit circa litteras mente integra & firma inherere? Quis animo ad disciplinam impenso / ad p̃ ceptiones intento / ad communiendã memoriã solerti? Quis in q̃ furoribus amoris captus aut uoluntate / aut ingenio / aut opera satis constanti & firma esse ad bonas illas artes ua lebit? An ignoramus qđ soleat amor? Vires labefactare. mo

res deprauare: ingenia hominum peruertere: animum curis conficere: mentem erroribus obruere adinsaniam redigere. Hęc quidem amoris munera & dotes sunt. Sed istiusmodi uoluptatibus omnibus (eas ut omnes amplectar) nõ insisto illis q̃ difficilius litterati q̃ ceteri potiantur: non quid inter uenustatem competitorum, & litteratorum tristitiam interest: non uestium splendorem non licentiam sectandi: nõ hęc omnia prosequor. Eadem missa omnia faciamus inquibus certe omnium iudicio lõge sunt inferiores litterati. Sed sic haberi hoc loco uelim uoluptates omnes neq; non uituperãdas esse in litteratis neq; non maxime nocuas. Conuiuiorum & Veneris consuetudines animum imprimis indesidiam & negligentiam (quod nemo ignorat) euocant atq; a perseuerantia lectitandi auertunt: sine qua & ea quidem ingenti fallitur qui se fortassis putat egregie litteratum fore Habent .n. studia litterarum inse nescio quam uim ut cum plura didiceris: tũ semper multo plura ignorare te: multoq; tibi ardentiore studio esse opus dignoscas. Tũ etiam fit epularũ & uini exhalationib⁹ atq; Venere mens euacuetur sensu oppleatur tenebris: crassetur ingenium. perspicuitas obtundatur. Tum memorię sedes multaru; suspitionum recordatione ac uariis amatoriis imaginibus occupata assiduo perturbetur. Deniq; etiam fit ut uoluptatibus implicitus & amatoriis facibus incensus animus ĩfinitis leuibus & instabilibus uoluntatum & expectationum motibus & fluctibus sempiterne exagitatus uemehenter extuet. Quo homine ob amorẽ sic animo & mente affectis qs poterit ad concipiendas amplissimas disciplinas & artes esse inutilior atq; ineptior? Sit iccirco studiosis excibo et Venerẽ nulla aut per exigna uoluptas: Sit somni & quietis breuissima copia: sitq; iocorum & festiuitatum rarissima semper modicaq; licentia. Deniq; ita se in omnibus gerant ac si laboribus ea lege ad stricti sint: ut a lõga rerum meditatione, a sempiternis lucubrationibus, a pꝛ-

petua studiorum cura nō sine ignominia discedere posse opi nentur. Intelligantq̧ (nisi assiduus fuerit) etiam acerrimū & uehemētissimum laborē in litteris periturum. Nam habet quidem plus dispendii uel modica interlaxatio studiorum q̄ habeat compendii multa & bene longa euigilatio. Nam citi us e memoria elabuntur ea quę tenebantur q̄ ut ediscātur po stea aut recuperentur. Omnes igitur huiusmodi sensuum uoluptates si minime litteris conceduntur: minimi etiam pen dendę sunt. Si plurimum nocēt: plurimum etiā fugiēdę sūt Ac ne illud quidem uere dici poterit in uoluptatibus ani/ mi litteratos habere qnippiam: quamobrem possint cum la/ de non sine multa iactura studioru3 commorari. Verū mul ta animi uoluptate perfruetur is qui eam de se expectationē haberi non ignoret qua3 nisi modice adimpleuerit: nihil se abiectius futuru3 sciat. Vtrū is liberum a curis grauissimis & uacuū animū geret q affines, amicos, & notos cōspiciat om nes desiderare atq3 expectare ut q̄ egregie proficiat? Tū idē etiam non sit nescius diuersa ex parte emulos inuidos, obtre ctatores (quod genus hominu3 non rarissimum est) omnes esse paratissimos ad derogādū & diffamādū si quid p neglig ē tiā, pluxū, p uoluptatē admiserit: quominus ī sūmā eruditio nē deuenerit. Ne uero animus huic erit iacēs in uoluptatibus qui tanto ac tam laborioso periculosoq3 negotio fuerit desti/ natus? An potius sollicitudine, cura, & metu quodam uitu perationis uehementer perturbato animo uiuet? Illum ego (has partes suas esse cognoscat) p studiorum labores, per sū mam uigilantiam amicorum expectationibus satisfacere, in uidorum obtrecteationem effugere, infamiam euitare, laudē attingere oportere: eundem hunc ipsum ita esse animatu3 ar bitror: ut plerunq3 grauissimum durissimumq3 onus studio rum nō subiisse malit: q̄ susceptū iam deponere. Quo illud etiam molestissimum est: q̧ nisi cum dedecore queas arduam asperam, difficilenq3 initam litterarum prouinciam deserere

quam eandem non sine maximo labore & erumna substine-
as. Accedit quoq; q pertimescis dari tibi ad leuitatem: si stu
dia iam suscepta sine ingenti causa deseras: adde his etiam q
honestius putas quduis grauissimum perferre, q̄ aut ingenio
te esse inepto ad litteras profiteri, aut animo pro uirtute ad la
bores. Illud preterea odiosum est: q litterati aliarum arti-
um insueti & ignari nullam rem circumspiciunt preter litte
ras ad quam si qd consiliorum mutent possint cum laude se
se conferre. Quid ergo? num erit studiosi animi grādis uo
luptas quandoquidem omnino cōstet se abiectissimū ac pene
infamem futuru3 nisi sempiternis, acerrimis, extremisq; labo
ribus insudarit summam in cognitionem disciplinę cui se de
derit euadere. Quid. n. erit apud tuos abiectius q̄ eum nō es-
se te quē per omnem ętatem futurum elaborasti? q̄ non ea ī
re te preberē doctissimum cui semp fueris deditus? q̄ non esse
in ea disciplina clarissimu3 in qua diutius comorās potuisti
excellere? Num uero is erit modice sollicitus q si aliquando se
a continuis studioru3 laboribus subripuerit, confestī cōperi
at suum ad consequendā laudē cursu3 retardari atq; abrūpi?
Miser q uoluptatibus seruiens uituperantium & obtrecta-
torum acies offenderit. Preterea non minime in uoluptatibus
dolendum erit iis qui omni uel etiam modica studiorum īter
missione multarum lucubrationum suarum pditionem fieri
manifeste comperiant. Quas quidem res omnes qui ita futu
ras non dubitet, ut futurę quidem sunt, qua3 iucunditatem
poterit degustarē: Ne uero ī illū poterit caderē amenitas aut
suauitas ulla, aut dulcedo uoluptatū? Quem capescēdi hono
ris acris sollicitudo exanimet ac euitādę infamię metus uehe-
menter perterreat. Non sane integrum gaudium, non fe-
stiuitatem, aut letitiam aliquam senties mi studiose qui in lit
teris occupatus, īter libros inuolutus, atq; inter chartulas sem
piterne sepulctus fueris. Tibi qđ nullam uoluptatem aut alā
critatem amplecti licebit: ubi uastissimum studioꝝ onus par-

d

tim cupias, partim metuas, deponerẽ. Neq; hoc loco memo
ro quanta sit sollicitudo laudis cupidorum, emulos pro ui
ribus superarẽ, aut a nullo superari contendentium. Ex quo
etiam huius istius uita studiosi (ni fallor) est longe acerbis
sima: eoq; magis si quid inciderit cupiditatum ad quas ipsa
duce natura omnis generosa iuuentus admodum prona est.
Nam si ad equos, ad canes alendos: si ad palestras exer-
cendas: si ad reliquas res libero homine dignas animo aut
opera amplectẽdas fuerit procliuis: quantũ erit huic animus
molestię plenissimus: Vbi omnia quę iuuentuti decus & or
namentum comparant deserere, & sese apud bibliotecas ob
dere, uerecundia illaudationis cogatur: nullam rem ali-
am q̃uis optimam & nobilissimam preter lucernam & li-
bros tractare permittatur. Non sine ingenti (mihi crede)
dolore eadẽ illa cęteris laudatissima a nobis deserẽtur, q; stu
diis aduersentur: & omnium ora ad obloquendum concitẽt.
Stat tanq̃ censor ac iudex moꝝ multitudo, in litteratos gra
ui9 adnimaduertit q̃ aut debeat, aut in cęteros cõsuescat. Nõ
decere isthac hora preter mores istis uestibus: hanc noliꝫ so-
cietatem, ab honestate is locus, preter officium id factum,
preter decus id dictum. Deniq; omnes infinitis odiis ad stu-
diosoꝝ famaꝫ dilacerandam peruigilant: ut nisi te uelis scur
ram aliquem leuissimum ac nebulonem haberi, plane non
tuo arbitrio & libertate, sed arctissima cẽsura plebis tibi sit ui
uendum. Quod si dixeris plebis iudicium esse aspernanduꝫ.
Quid illud? nõne si uestes cupiueris inquiet biblioteca has
mihi pecunias debes, ueto. Si uenationem, si musicam, di-
micandiue artem, aut palestram, ipse prosequare: nonne in
quient litterę? tu nobis has operas subripis, tibi nos famam
& nomen non feremus. Si ingenia, picturam, formas ex qui
ras: inquient disciplinę hac tu nos occupatione defraudas: te
nos maximarum rerum cogintione priuabimus. Deniq; si
animi causa rus petere (non dico ex tremas prouincias discur

cias discursitare) uolueris: illico te inde incepta professio de/
torquet ad libros & litteras apud quas ni se se multo opere
& uigilia exculctissimas reddideris multam infamiam non de
futuram litterę ipse minitātur. Adde his q̃ a grata atq; dul/
cissima suorum ciuium familiaritate priuari / solitudine gau/
dere / sermones fugere omnes: preter eos qui disciplinā ac se/
nilē tristitiā quandam sapiant litteratis necesse est. Prescri/
ptum tēpus litteratis ad amicos consalutandos: prescripta in
ambulandi loca: prescriptę amicorum copię sunt: alias lecti/
tādi / alias audiēdi horas paucissimas dispatiandi hn̄t: ut ferme
nullę ad plenas uoluptates appetendas relinquantur. En igi
tur maximas uoluptates inquibus palā est non licere litteratis
ullos quibus adstricti sint labores dimittere aut interlaxare
Quibusue obnoxios alioru; arbitrio uiuere / iuuentutis mune
ra / ętatis dulcedinem / uitę florē / omne q; euu; inter chartas &
mortuas pecudes (ut sic libros nuncupē) habere sepultum
oporteat: ac ueluti perpetuo carcere illic contineri: ipsiq; na/
turę nūq̃ nō aduersari necessitas cogat. Itaq; si amena omnia
ualent animum studiosorum distrahere a studiis: siue infinita
(ut uidere licet) amenissima studiis litterarum nocent: siue
ab illis omnibus litterati se abstineant oportet. Quę idcirco
hominum uita q̃ istorum litteratorum asperior poterit com/
periri? Si studii temporibus nunq̃ debet studiosus a rerum
inuestigatione ac perceptione neq; uoluptatibus auocari / ne
q; somno & otio retardari / neq; cōmodis aliquibus distrahi
Si rursus modica & rarissima sunt tempora non dedita stu/
diis. Quis igitur erit? qui se nostris uoluptatis causa litteris
operam dare audeat dicere? Non tamen ego in eum locum de
trudo ac compingo litteratos: ut eos dicam omni uacuos uo/
luptate litteris operam dare: tantos. n. nequirent labores per
ferre nisi aliqua uoluptatu; opinione iidē releuarentur. Sunt
q̃ non inuiti lugeant: quoniam ad uoluptatem ducant eo pa/
cto se piissimos & amicitiarum nimiū memores haberi. Tū etia;

plerisqꝫ in rebus duꝫ institutis & opinioni satisfaciamus mul
ta nobis uidētur aspera minus q̄ re ipsa sint. Sed eiusmodi
litteratoꝝ uoluptas est: ut eam rectius possis dolorem dice
re q̄ uoluptatem. Sedere. n. sempiterne, continuo lectitare,
assidue meditari, perpetuo esse in solitudine, ęternum pri-
uari festiuitate & ioco, hanc ipsam uitam degere, non sum
ita agrestis, aut durus homo, id ut ausim dicere uolupto-
sum esse. Est quoqꝫ in uindicandis iniuriis, in simultati-
bus, inimicitiisqꝫ contentione & uiribus superandis uolup
tas quędam insita. Concertationes tamen et odia substinere
plenissimum est doloribus. Qnod ipsum in litteris persimi
le euenit. Nam satisfacere libidini ediscendi prebet illud qui
dem uoluptatem. Sed hic studiorum labos acerbissimus ani-
miqꝫ hęc grauissima solicitudo sēper plus affert quo angan
tur q̄ quo gaudeant: uel tādem si quam discendo summū̄
uoluptatem eā curis & laboribus maximis obruunt. Verum
iidem in hoc maxime differunt ꝙ concertationum & inimi-
citiaruꝫ pondus breuius, studiorum uero anxietas diutur-
na, infinita, īmensaqꝫ est. Habētur. n. ī litteris īnumerabi
lia cognitu dignissima: neqꝫ facile dici potest q̄ earuꝫ studio
sum ingenium ediscendi cupiditas premat. Incidit indiffi-
cilem doctissimorum disceptationem: aut rem comperit ele
gantem, dignam, plenam eruditionum: studiosus nō dor
mit, non cōmedit, non quiescit, nullam penitus uolupta
tem sentit. Stat mordax cura rem totam recognoscere atqꝫ
tenerē cupit: ea q̄d magno laborē apprehēdit, multa solertia
detinetur, grādi sollicitudine seruatur. Post hāc sequit̄ etiā̄
alia atqꝫ alia in audita, incognita, uersura, subtilis & calli-
da ratio: aut singulare quoddam exempluꝫ, aut ornatissima
persuadendi uis. His omnibus in rebus studiosus homo di-
scēdi cupiditate nec moduꝫ ulluꝫ nec finem īuenisse potest.
Neqꝫ. n. sedato esse animo licet nisi omniū̄ reruꝫ occultaruꝫ
ignoratione sublata. Itaqꝫ nimis (ut uides) pertricosa res

est studiosus homo: ex quo fit ut nunq̃ sibi uel minima qui dem aut corporis aut animi uacatio ad sit. Tristis solitudo acerbus labor / extrema uigilantia / difficilis sollicitudo / sũma occupatio / flagrans cura / ut cuꝫ in hoc studioso uoluptas nulla reperiatur: tum in omni eius uita nulla penitus sit intercapedo laborum & molestiarum. Quę cum ita sint in litteris constare hoc arbitror / prudentem neminem uoluptatis causa ad litterarum labores compulsum iri. Honoris & dignitatis gratia fortassis aut diuitiarum & amplitudinis spe credideris eos ad litteras accessisse. Videamus iccirco quemadmodum ad diuitias iuuent litterę. Qui locus post uoluptates erat edisserendus. Nego studiis litterarum maximas diuitias comparari / qua quidem in re non illud disputo: possit ne quispiam circa quęstum uersari: qui ut debet omneꝫ ꝓrsus litteris operam impertiatur: sed hoc haberi uolo ex litteris magnam diuitiarum uim etiam ab industriis & cupidissimis minime congregari. Quod si ostendero constabit sane minime prudentem esse illum qui spe diuitiaruꝫ se laboribus studiorum dedicarit. Quid hoc rei est? ꝙ ex tanta multitudine quantam per omnes prouincias intuemur studiosoruꝫ / tã paucissimos tamen uidemus prodire litteratos quorum diuitias ad miremur. Forte potui non nullos ipse in litteratorum numero non egenos uidisse: quos non iniuria dixerim aut non egregie diuites putãdos / aut nõ ex litteris / ueruꝫ aliund̃ esse factos locupletes. Q2 si litterarum adiumentis opes comparantur. Cur non ęque litterati omnes bene fortunati / omnes reperiuntur? Cur tam multos litteris prestantis uiros in humili fortuna constitutos uidemus? Vnde ista disparitas ut cęteri litteratissimi egestate sũma laborent? Hic autem unicus haud mediocriter doctus ĩter diuitias gaudeat? An iccirco negabimus litteras paꝝ admodũ iuuare ad quęstum? An potius eã obrem esse litteratos omnes egenos fatebimur: quia litteris occupati cętera ad mo

dũ omnia negligendo cum ualitudinis / tum multo magis rei familiaris & pecuniaꝶ curã aut solere aut posse habere nõ maximam uidẽtur. Mihi sane utraq; causa uidentur litterati discludi a copia opum. Nam altera cupiditas / altera facultas ditandi tollitur. Quę.n. bonis litteris comparãtur modestia / magnanimitas / uirtus / ac sapiẽtia: ea ingenuũ spe / studioq; rebus magnis deditum prohibẽt animum quęstibus / infinitisq; reb9 implicari: rectanq; mentem inter caducas res prosterni eadem sapientia & uirtus nõ sinit. Quocirca laudantur qui abiecta cupiditate non diuitias quę studiosis denegantur: sed mirificarum rerum cognitionem sectari didicerit. Et.n. quę sit ditandi facultas ac modus quęritur. Quod siquis ad diuitias accumulandas dixerit duas patere mortalibus uias / alteram quam fõtuna nobis aperuisse / alteram quam ars & industria comperiisse soleat: recte is quidem meo iudicio dixerit. Fortuna enim ditamur ueluti hereditatibus / legatis / donationibus / & huiusmodi largitionibus quę fortunę beneficio dedita non uirtute nostra parta deueniunt. Industria uero sicuti mercatura / salariis / & huiusmodi quęstibus. Quare in his rebus quantum litterę commodissimę inueniãtur peruestigandum est. Quoniam igitur instituimus de cõmodis litterarum & incommodis disceptare / fortassis de litteratorum fortuna dicere non conuenit quę quidem omnium litteratorum sententia potius ut cunq; illa fuerit ferenda est q̃ existimatione pensanda. Eam obrẽ de quęstibus primũ disseramus: reliq̃ ut ĩ rẽ ĩcidẽt non negligemus. Sed ea omnia ita breuissime ut plura possint a me uideri consulto pretermissa / q̃ ĩgenio & arte collecta. Malo.n. nõ censeri obtrectator / q̃ uideri curiosus. Iam uero diuitias tum grandes fieri & subitas dicunt / cum quęstus magni & frequentes / tum impensę modicę ac rarę sunt: pulchr̃ dictu; hoc quidem. Nam crescit domi cumulus cui addideris plura ĩ dies q̃ detraxeris: quod quidem apud litteratos

cum omnino sit comtra: cum minima lucra excipiant: maximam per omnem ętatem pecunias dissipēt. Nimirum idcirco eosdem pauperes esse oportet. Sed si est fortassis quispiam qui dubitet in studiis litterarum maximas pecunias disperdi, habeo sane argumentu3 ad rem accomodatissimū quo non modo patebit ingentes opes ī studiis deficere: Sed omnem penitus familiam multis atq3 ultimis incommodis affici. Venit in mente3 quod apud Bononiam dum in studiis litterarum illic uersarer de quoda3 honestissimo ciue cui erat filius Iureconsultus plane litteratissimus persepius intellexi: nullius ęque rei penitere atq3 ꝙ operam litteris filiu3 dare permisset. Obid. n. multis īcommodis affectu3 se asserebat, primu3 ꝙ in rebus agendis nunq̄ utilem esse operā filii senserit: quē uoluit nunq̄ ab studiis litterarꝶ agendę rei familiaris gratia distrhai. Quamobrem sibi fuisse filium īter domesticos superfluu3 admodum asserebat. Quod ni illum maluisset occupari litteris multa per eum quidem esset assecutus quę per conductos magnis salariis procuratores efficerē sibi necesse fuerit: ex quo lucra plena īpensarꝶ atq3 idcirco ꝑ exigua reddita sunt. Nam secus accidisset ubi fuisset ī negociis non extranei sed filii opera usus. Minime. n. forent redditus diminuti salariis. Neq3 īfamliia fuissent habendę tam ī utiles impensę: quę certe nō modo īutiles, sed etia3 admodū grauissimę extiterint. Solutū magistris, datum gramaticis, cōtributū dialecticis, adhibitos cęteros pedagogos, emptos libros, & itē alios atq3 itē alios libros cōparatos, ut nunq̄ deniq3 librarii, nunq̄ expostulatores defuerit. Preterea sup accessisse temerarias illas pōpas q̄s doctoratū nominant: illic donata & dissipata esse q̄ mlta, erogatas īgētes pecunias, factas uestes & togas, structū epulū, tū domus refulcita & ornata, postremo multis modis īsanitū: ut pene fortunas omnes familiares exhauserit. Atq3 ūt eo pacto rebus esset īpositus modus: ne indies impensę & domi & foris excrescerent.

Suorum.n. se maiorum more solitum antea priuate / parce atq3 honeste uiuere. Nunc aūt assumpta toga doctoratus / familiaq3 facta celebriori / omnia lautiora & affluētiora requiri. Quo fit ut nunq̃ sibi tanta rependi premia expectet / quāta pro acceptis incommodis debentur. Addebat huic aliam multorum iudicio bonam / sed omnino apud me ĩcognitam huiusmodi rationem: sic enim aiebat. Si pecunię quę inter libros & uestes filii dormiūt / ipsę illę (ut potuissent) pecunię negociatę fuissēt (habe hoc) maximam gazam accumulassent: & quas exposui pecunias in filium tenerem: ac simul quantum annuis lucris deberetur / excepissem. Itaq3 his rebus diligens pater quantum damni & detrimenti accepisset non raro disputabat. Verum cum hęc ita essent / non se tamen eo uehementius affici enarrabat: ꝙ inmoderatas & nimium dissolutas impensas filius attulerit: sed eo magis dolere profitebatur: quo sibi uidebat de filio non optime sperare licere / quem intueretur ob litterarum curas esse ualitudinarium effectum: ac intelligeret imbecilli filio quietem futuram nunq̃. Idcirco moerore affectus ob pietate3 multis modis filium suum tentasse a libris in iocum aliquem distrahere: sępeq3 iussisse / ne uigiliis & ieiunio se se usq3adeo afligeret. At filium instanti sibi sic respondere solitū. Desine mi pater nos ab hoc studio deterrere. Te.n. scire oportet: me hanc pro officio lr̄is assiduitatē debere: atq3 si sapis: si nr̄a tibi dignitas chara est: hoc ages / ut uehemētius ꝓsequar / atq3 hortabere. Caue ne quā nostra cura & diligētia adepti sum⁹ famam: uelis his monitionib⁹ tuis deficere. Te qđ ego libētius audiam mi pater: si iusseris / ut prestitam clientibus fidem susceptasq3 amicorū causas omni studio & uirib⁹ tuear Siquidem hoc intelligere ꝑfacile potes / q̃ pro expectatione amicorum ne mediocrē qđ omnibus meis uigiliis me semper patronum exhibeam. Ergo me sine mi pater nostrum negocium prosequi. Itaq3 homo prudens hic paterfamilias cum

cęteris ex causis, tum ꝙ hoc pacto de uita ualitudinarii filii maiorem in modum pertimesceret omni arte illum ab studiis abducere frusta conabatur. Quamobrem piissimus pater ꝙ robustum, lętum, incolumenq; habere filium tam & si imperitum: q̄ eneruatum, tristem, exanguem, ac ualitudinarium prestare arbitraretur: iccirco indoctum sibi sępius q̄ hunc quem haberet litteratissimum filium optasse adiurabat. Satis. n. commodum esse filium aiebat eum qui nullas patri & familię erunnas afferet; hunc uero sibi esse incommodissimum quem substinere in uita sumptibus maximis oporteret. Hęc igitur uir ille modestissimus non opinione aliqua motus sed re ipsa (ut uidere licet) doctus edisserebat. Quare si probatissimis uiris credendum est dum hic ciuis sua in urbe primarius multo cu3 audientiu3 cōsensu hęc quę retuli attestabatur: Non ne satis edocebat litteras minime ad quęstum ualere? nōne persuasum reliquebat non se quēda īde lucra, sed tristē & eneruatā uitā prębētes litteras pēitus esse graues & laboriosas & fugiēdas? Et. n. cū ille filiū apud se educando ita senserit: quid illi facient patres qui filios longinquas apud ciuitates habuerint? quo loci ex patriis agris nihil deportari, nihil q̄q̄ minimu3 sine nūmo comparari queat: contra qcq̄d aduictum cultumq; corporis attinet id omne ex fortunis parentum emungitur. Si uestis deest: si libros cupiunt: si egrotant (quę res persepius accidūt) quātę sunt continuo pecunię illuc profundendę? neq; item facile dici potest maiorum metu atq; presentia soluti adolescentes quantum apud socios sint prodigi. Quę tu omnia si ad calculum referas comperies proculdubio studiosos litterarum dum litteris operam dedāt, longe pluris exposuisse pecunias, q̄ ex ullis litteris recuperaturi unq̄ sint. Quid igit̄ quęstus ne tam certi tāq; maximi expectātur, ut omnes tibi domesticę fortunę primum exponendę sint? Optima erit q̄dem institutio hęc quę patria & auita bona primo absorbeat

nihil uero aliud postea rependat nisi tantum spem ipsaz me ram. Quod an ita litteris eueniat uideamus, ut apertius in telligamus q̄ sint ignaui qui in litteris nummum ex culpe re conantur. Constat quidez ex artibus acquiri diuitias cum premia frequentia deferuntur, aut cum non frequentia sed amplissima: simul. n. per magna & non rarissima lucra (ni fallor) ars nulla conferet. Grandia nanq̧ premia extremis atq̧ ultimis laboribus & artibus preciosissimis singularib⁹q̧ rebus debentur. In quorum altero artiferx, in altero solet emptor deficere. Velim igitur hoc loco fieri certior studio se speres ne minutissimis illis quęstibus ueluti cum puerum instruxeris: cum libellus editus sit, cum causam oraris, fe brē curaris, aut cū de lege plurimū declamitaueris, aut istius modi rebus ditari? Minime quidez, nā adeo modice sunt ut eę uix quotidianis necessitatibus sufficiant. Tum adeo rarę sunt ut sero magnum diuitiarum cumulum conducere pos sint. At sunt litterati nonnunq̄ diuites: nolo hic esse perti nax: eos esse interdum non egenos: fateamur: tamen pecu niosos factos undeuis aliunde q̄ ex litteris putamus: nisi for te auaritia, scelere ac fraude rem quęsitam ostentent: quos quidem quęstus turpissimos splendor̄ litterarum honestare cupientes mea sententia bis redarguēdi sunt. Primū q̧ ipsos se cumularint uitio: proxime q̧ decus litteraruz & dignitatē sua obscenitate cōtaminēt. Ne ergo honestissimi litterati erūt prorsus egeni? erunt quidez, si litteris abundare q̄ nummis si uirtute, q̄ ęre: si animi, q̄ domus supellectile ōnati esse uo lent. Quid si litteras una & diuitias consectētur? In utroq̧ parum egregie proficient. Quid id? Nanq̧ diuersa & om nino pugnantia esse studia oportet litteris deditorum, & cu pidoruz hominū. Nam illi foenori, furtis, rapinis, & flagi tiis ad uigilēt: quo q̄d potest esse turpius? isti decori, lau di, posteritatiq̧ seruiant: quo quid potest esse preclarius? Rursus illi auro, q̄ gloria, argento q̄ fama, caducis rebus q̄

gratia & beniuoletia ciuium abundare malūt: isti preter so
lidā integrāq3 uirtutē minime qcq̄ expetēdum ducūt. Itaq3
quod cupidi maximopere sequūtur: litterati & bonaꝝ artiū
studiosi aspnabuntur: quod studiosi expetēt: cupidi negli
gent. Deniq3 ī augenda re pda, & auaritia cupidi utuntur:
cum litterati in amplificāda fama, liberalitate, & iustitia de
lectentur. Sed ut negocium hoc statuam: sic ipse censeo. Nō
fieri diuites litteratos: aut si ex litteris ditētur turpiter eosdē
ditari. Nemo. n. animo ingenuo preditus (ut reliquas cupi
dorum turpitudines omittam) non turpe ducet elegantiam
suppeditare questibus. Nemo nō flagitiosu3 putabit doctri
nam sibi facere nūdinariam. Q si tandem pter mores, pre
ter ueterem bonoꝝ consuetudinem qspiam iuste opulentus
erit futurus ex doctrina: is plane sit cui fortuna facilior, sci
entia profundior, autoritas pstantior, amicorum obseruā-
tia cultior longeq̄ ceteris atq3 amplior fuerit: cuius item fa
cūdia, facilitas, ingeniu3, uersutia, calliditas acceptior atq3
ad hominu3 aures & opinionem accomodatior. Talem. n.
hunc esse litteratu3 oportet, ut dū ei non dubitet ciuitas uni
uersas fortunas cōmendare suas: tu3 frequentissimos questus
& premia porrigere assuescat. At uero in eo qđ gradu clari
tatis ppaucissimi reperientur. Adeo ꝙ qui multoru3 gratiā
concupierit: nō parsimonia, nō his artibus quibus res & di
uitie cōparātur: sed beneficio, liberalitate, pdigalitateq3 cō
tēdat oportebit, reb9 ut uides ad cogēdas diuitias minime ac
cōmodatis, uel esto sane. Sint multi quoru3 se fidei omnis ci
uitas cōmēdare audeat: preterea fieri possit ut omnes questus
qui litigiis, qui ex sententiis, qui ex morbis iuste capiuntur
omnes inq̄ hi questus in unu3 cogantur & uni tantu3 con
ferātur litterato: nō illi quidē omnes (ita me supi adiuuēt)
meo iudicio, questus aut tanti, aut ta3 freqntes erūt, ut di
uitias existimem deditas esse amplissimas: & quantos mor-
bos, uel potius pestes: q̄ multas inciuitate discordias agi &

q̃ solertes quęstuũ aucupatores superi boni nos esse oportet: anteq̃ iustis salariis litterarum locupletemur: anteq̃ non aliorum mercedibus sed nostris opibus uitã degere honeste liceat. Quorsum hęc? plane ut intelligantur sua rata quęstuuꝫ parte studiosos nequicq̃ posse ditari: qñq̃deꝫ ex tãta multitudine fieri uix unuꝫ posse diuitem persuasimus. Neq̃ hoc loco eos audiendos puto uulgatum illud afferentes quo aiunt: Qui in fide non deficit: opes non facit. Qui non decipit: lucra non capit. Esset.n.ea lucri faciendi ratio ab institutis & laude litteratorum longe alienissima. Ac sunt preterea non paucę ad certissimas diuitias comparandas honestę ac ciuiles artes: quas longuꝫ quidem esset enumerare. Sed illud non p̃termittat: nullas fore artes aut disciplinas quibus non multo facilius ditemur q̃ ex litteris. Si.n. ad rem militarem accesseris persępius dabitur ut illic amplissimas: q̃ hic in litteris mediocres diuitias assequaris. Armatis.n. militibus mediis in campis patent complures uię uel ad ingentes diuitias coaceruandas uel ad supremam amplitudinem consequendam. Litteras uero qui esse uoluerit quęstuosas humilem se ac mercẽnariuꝫ prebeat opus est. Quod si te mercatura exercueris nonne tã diu lucraberis q̃ diu uoles? nõ ne undiq̃ adstãt portus prouincię/ac gentes innumerę quę te aliquid conducenteꝫ expectent? Quid preterea si te ad agriculturam conferas: Quę nã uita beatior erit? Quę hilarior/quęstuosior aut sanctior merces poterit inueniri? Sola.n. agricultura pacata & libera indoctis quietem: doctis felicitatem poterit contribuere Nam tam nulla quidem expectatio certior ex re aliqua est q̃ quę ex agro bene culcto suscipitur: tam ager quidem ad bene beateq̃ uiuendum otii plurimum atq̃ ab omni strepitu & molestia uacationem mirificam exhibet. Adde his ꝙ nec ulla grandior atq̃ perhemnior utilitas est q̃ quę ex rustico penu trahitur. Sed de laudibus agriculturę/deq̃ artibus quęstuosis alias. Sit uero in illis ipsis atqꝫ ĩ istiusmodi artib⁹

& rebus omnibus locupletandi quędam ratio posita: in litteris uero doctrina / elegātia / & laus florescet: qua ducti prudentes solent putare omnes quęstus esse eiusmodi / ut sit pulchrius sapientię gratia ferre paupertatem fortiter / q̄ ditari sine laude. Quod siqui ita impudentes erunt / ut spreta religione ac decore litteraru3 / tantum cupiditate ducātur: ac sibi ꝑsuasum habeant fieri posse / ut fraude perfidiaq; adhibita litteraꝝ suffragiis locupletentur: uelim se sciant uehementer errare. Nam sunt quidem infiniti casus in uita hominum quibus acti mortales paucissimi istuc perueniunt: ubi ipsas primas litteraru3 mercedes sint suscepturi. Et omittamus quide3 illud / patrias prius fortunas esse exhaustas ī studiis / q̄ ille tātum litteris profecerit ut auctione litteraꝝ se se substētet. Exploratissimum est. n. qui quęstum facturus sit ex litteris / nō prius ad eas uenditandas accessurum q̄ se in eisdem bene egr̄gieq; eruditum exhibuerit. Nempe uidemus ip̄i ut publicis declamationibus disputationibusq; ac reliquis scolarum & gymnasiorum causis & certaminibus magnopere q̄d ualeant ingenio & litteris ostentent. Neq; uero transire ad quęstum fas est: nisi prius eam dese populo iniecerint opinionem (ut docti uulgo existimentur) cum qua se posse ad lucrum proficisci / magisq̄ cum uirtute existimant. Proxime dici se doctores fibulanq; auream] demereri uolūt. Quę talia tanti faciunt / ut cum his plurimu3 sapere: sine his / nihil didicisse uideantur. Verum hoc loco quęrendum uidetur utrum ne ante q̄ cum auro & auctoritate ab studiis domum redierint: annum uel plus trigesimum summo cum labore insudarint: patrias fortunas labefactarint: se ipsos confecerint? Quid etiam q; accedunt ad hos anni admodum decem quibus nō du3 fama & rebus gestis ita claruisse potuer̄ / ut quas teneant litteras / easde3 bene fecerint uenales. Anni ergo non pauciores quadragita prius perditi sunt / q̄ hi cupidissimi & uenales lucrū occeperint / hominum pene ultima ętas / quam ad ętatem

quot mihi dabis attigisse? Quot ex mille uiris q̄q̄ nulla anxi etate studiorum / nullis angoribus animi oppressis / uitã om nino alacrem & iucundam ducentibus putas annu3 quadra gesimum excessisse? Profecto cum ceteros bellissimam uitam agentes paucos / tum longe paucissimos tu mihi litteratos da bis quadragenarios . Valitudo. n . imbecilla / uita fragilis / etasq admodum breuis est studiosoru3 hominum quorum nemo fuit nature usq adeo robuste qn laboribus / uigiliis / ac reliquis studiorum nocumentis non penitus conficiatur. Iuu at hanc rem redigere ad numerum quo argumẽtatio no stra clarior sit. Consueuere prudentissimi uiri cum in terdũ a me rogantur. Quot ex mille hominum numero censeãt ad annu3 quadragesimum etatis sue peruenire: comuni atq (ut opinor) uera sentẽtia statuere uix. ccc. ex. M. hominum nu mero ne dum ad quadragesimum / sed ne ad trigesimum an num uitam perducere. Illud etiam iidem uiri peritissimi statuunt eum rarissimum esse qui ante illam quadragena/ riam etatem possit familiam suam satis opulentam reddere Itaq hoc quidem illi prudentes uiri asserunt cum rogan/ tur. Nos uero ne hunc locum pro nostro instituto minime negligendum orationis cursu preteruolemus / repetamus hunc uite computum / ut litteratos qui per etatem ditari que ant selectos habeamus / atq si quando in diuitiarum cupidi tatem inciderimus / sciamus in quem annorum & litterarum numerum atq gradum nos fore adsciscendos prius optan/ dum sit. Quare ad rem proficiscamur. Quero igitur abste litterate ex ipsis istis triginta prolixam uitam ducentibus quot sunt per omnem uitam omnibus fortune iniuriis libe ri? Quotue sunt qui quotidianis malis atq erumnis ita ua/ cuam / expeditam / & liberam uitam duxerint: ut suis studi is freti nulla calamitate interpellante summam doctrine pre stantiam attigerint? An ignoramus q̄ sit artium ratio pro lixa? q̄q ad tantã disciplinarũ amplitudinem colẽdã sit ige

nium hominũ debile? Accedit ꝙ fallax & imbellis aduersus impetum fortunę atq3 aduersus reliquas fraudes hominum est nostra & ratio & facultas mortaliu3. Quo fit ut cum diffi cile sit cęteras q̃suis artes ęgregie tenẽ: tũ lõge omniũ diffici limum mihi uideatur totam rem litterariam (ut sic loquar) amplecti. Statuamus idcirco inter nos. Quot ex. ccc. in eã lõ gam etatẽ uiuentibus nõ cogantur uariis fortunę casibus in medio proficiscendi cursu studia litteraru3 deserere aut inter rũpere. Hoc ut rectius statuamus considerandu3 fortassis est quanta dentur discidia ab studiis maxima & pene in numera bilia. Proxime meminisse oportet omnem pertinaciã studio/ ru3 facilius casu abrũpi q̃ interruptam postea consilio retexi Tu uero si dixeris litterarꝶ studia nunq̃ quicq̃ recipere: ut ti bi ab opere intersedendu3 sit: profecto aut nimiũ felix es: aut minime studiosus. Nam id quidem in omni cursu uitę ĩdies ex perimur studia / operas / atq3 instituta nostra omnia ua/ riis & fortunę & reꝶ casibus perturbari: partim ui bellorum partim locoꝶ infectione & peste: partim fortunę uolubilita te: partim animi aut corporis morbis: partim rebus extrinse/ cis urgẽtib9 ueluti paupertate / iniuris / inimicitiis / reliq́sq3 cala mitatibus interpellantibus / infinitisq3 (ut est hominu3 uita refercti ssima) detrimentis / inconmodis / & difficultatibus cõ pellentibus. Has res prudentes aliqui familiares cu3 de his re b9 a me rogarentur statuisse soliti sunt Centũ ex. ccc esse quo rum cepta studia his malis intacta possent euadere. Non re cusemus hunc a prudentibus uiris constitutum numeru3: tã & si pauciores esse per plures existimassem. Nos tñ in hac sũ/ ma liberales simus. Centum ergo ex mille studiosis uiris for tuna & uita ad lucra ex litteris excipiẽda ꝑueniant. Iam ad decimam totius sũmę partem deuenimus. M. posueram. Centum delegimus. Rursus quęro. Quot existis centum pu tes esse memoria ualidos / mente potentes / ingenio aptos ad doctrinas. Non. n. qui uolẽt omnes: sed quibus fata singula

re id munus concessere ad capescendā doctrinarum magni-
tudinem accomodati sunt. Memoria. n. atq; ingenium pe-
ne diuinum quo studiosos maximarum artium prestare opō
tet, fato quodam hominibus perpaucissimis ab ipsa natura
concessum est. Nam si Hortensio memoriā, Ciceroni inge-
niu3 fata elargita sunt, aliis quidem ex tanto rhetorum nu-
mero ī his rebus singularem laudē uix ullam concessere. Sed
preter quod polliciti sumus egredimur. Nudam orationem
nostrā futurā prediximus sola ueritate cōtentā & honestam
iccirco hos omnes amplificationu3 locos fugiamus: ad re3 re
deamus. Nos qdem paucos īgenio & memoria ad doctrinas
non ineptos, aliq plures, multi uero pauciores comperiri at
testātur. Nos autem qđ utrāq; opinionem sapiat teneamus.
Esto ex centum ingenio, facultatibus, & uita integris, decē
sit adpficiēdā īstudiis laudē cōpotes, ex qb9 qđ oībus nescio
an ad sūmā tres ita litteris affecti, ita disciplinaꝶ amatores &
cupidi, ita studiis dedicati sint: ut totas q̄s recitaui studioꝶ e
rūnas & āxietates p oē3 etatē ul' audeāt ul' ualeāt pferre: na3 si
ad hūanos casus īcertosq; motus fortunę ac naturę ībecillita
tem extremi quoq; labores accesserint q sane (ut docui) ī littera
rum studiis & p maximi sunt & īterlaxari minime possunt:
quos putas tāti diuitias facturos, ut non plus uitę suę cōsul
tum iri uelit. Hac ergo enumeratione cōpertū fecimus ex mil
le studiosis uiris tres ad sūma3 ī eam etatē annoꝶ q̄draginta
cu3 ea facultate, animo, īgenio, uirib9, atq; īstituto pduras
se quo satis apti ad quęstu3 suis litteris esse possint. Et neq;
latet tāetsi litteris claruerint tamen eosdē āte futuros senes, q̄
quęstibus litteraru3 possint ornatam & locuplete3 familiam
reddere. De iis fortassis illud Catonis per simile dicetur. Stu-
duisse istos ut apud īferos diuitias pararent: q; si quis erit lit
teratus ī uita sua ditior: habeat is qđ gratias fortunę nō uir-
tuti: & sciat nō meritoꝶ laboꝶ id p̄miū esse: sed largitatē ul'
poti9 stultitiā fōtunę. Quę cū ī cęteris reb9 bonos oēs odisse

consueuerit hunc tamen litteratu3 delegerit cui p̄ter cõsuetu
dinē suam donare collibuerit. ceterum & hoc apud litteratos
detrimentum quanti existimabimus? q̄ nunq̄ queritur quis
nam constantior inter litteratos aut modestior / aut integriō
sit: sed illud in primis sciscitantur Quisnam forensem stre-
pitū? Quis ad īsidias & fraudes litigiorum exercitatior / calli-
dior audētior / atq3 procacior sit? Non secus atq3 omnes bo
ni sint / cum ab extorquenda pecunia rudes tum ad causas
defendēdas inepti. Quod si de litteratorum peritia recte iudica
ret fortassis assētationes / dicacitatē / ac uersutias īproboru3
nō plusq̄ modestissimorum simplicissimorumq̄ sciētiam facerēt:
sed nunc plus malitia q̄ uirtus: deceptio / leuitas / petulantia
q̄ humanitas & modestia ualēt apud uulgus: quorum iudicio
litterati nisi ꝓbent̄ nūq̄ erūt nō egeni. Iā uero uulgus cū ea
decipiēdi & p̄dandi mente qua ad litigium accessit patronos
nequeat fraudare / cumue fraudē cōtraria fraude collidi sētit
illico hunc magnifaciūt a quo ꝑfidia superētur. Quod si cau
sam iiustissimā audacissimus litterat⁹ susceperit: illico hunc
sūmum patronu3 / optimū uirū / p̄clarumq̄ amicitiarum culto
rem esse p̄dicant. Ex quo fit ut fraudē uirtutē putēt. simulā
di ac dissimulādi artē tanq̄ doctrine q̄dā eximiā uim admirē
tur: malitiāq̄ ac nequitiā & fallacias ex litterarum cognitione
deductas existimēt: bonū uero rectū sāctūq̄ uirū / ipsa iusti
tia & eq̄tate merita causarum metiētē nō calliditate & ꝑfidia di
sceptātē / iuri ac sciētie nō tergiuersationib⁹ fidēdū statuēte3 /
nō decipiēdo lucra / sed uincēdo laudē exposcentē / hunc q̄d̄
ipsu3 inutilē / īdoctum / causarumq̄ naufragiū nuncupant.
Deniq̄ odisse sīplicitatē: ac detrahere uirtuti non desistūt.
Quāobrē nō modo cupidi: sed etiā ii qui quotidianū uictu3
sibi ex lr̄is suppeditari uolēt / ꝑfecto his que dixi ꝑfidiis ani
mū imbuere cogunt̄. Itaq̄ auaritia & scelere diuitias cupidi
litterati adipiscuntur / q̄nq̄dem ut ipsis oculis ītuemur uersu
ti & fallaces petuntur: boni & simplices deseruntur. Duram

igitur studiosoꝝ sortē. Quid hoc primuꝫ mali est? Mille ho
minū labores / innumerabiles anxietates / ꝑgrandes uigiliȩ /
iteꝝ maior indies atqꝫ lōge incredibilis assiduitas apud stu-
diosos nō plus q̄ trib⁹ fructuosa futura est: q ꝑfidia ꝑstēt:
quib⁹ fortuna ad gratiam cōparandā / ingeniū ad calliditatē
mēs ad mēdaciū / uita ad turpitudinē fuerit ꝓna & asuefacta
quos īdocti doctissimos attestētur: de quib⁹ temerariū uul-
gi iudiciū uigeat. Itaqꝫ unicus bonis litteris aduersator / bo
norū moꝝ hostis / iustissimarum causarū inimicus: ac ad om
ne scelus & flagitiū paratissimus uniuersoꝝ emolumēta sua
petulātia & ꝓteruitate preripiet: laudē alioꝝ sua temeritate
offuscabit: nomen & famā ābitione restinguet. O rem duraꝫ
ex mille studiosis uix unū atqꝫ eum quidē neqssimuꝫ diuitē
fieri: reliq omnes mēdicabitis litterati: si ꝓbi eritis: si iniꝓbi
nō tamen omnes eritis locupletes. Fortuna. n. non sempꝛ om
nibus ex īstituto eadem facilis est. Quas ob res stultissimū es
se illū arbitrari oportet qui spe diuitiarū se dedicarit litteris.
Sunt. n. uel nō honesta uel nō liberalia lucra litteraruꝫ: tum
& uidisti perexigua atqꝫ postremo quȩcunqꝫ illa paucissi-
mis & minime bonis cōcessa sunt: quȩ qdē & si magna hone
staqꝫ exciperēt nō tn̄ eiusmodi sint ut supiorib⁹ īpēsis satis-
faciāt. Iam uero qd hoc loco dicēt arguti uiri: an uera quȩ a
me dicta sunt esse negabunt? nō erūt (ut opinor) ita impu
dentes ut uerissimas notissimasqꝫ a me deductas rationes infi
cient: sed fortassis illic īsistēt: ut diuitē aliquē lr̄is tinctū ī me
diū afferant / ac rogabūt: qd ni & cȩteros quoqꝫ litteratos di-
uites posse fieri existimē? Quib⁹ ego si forte dixero quȩm ꝓ
ducant litteratum malis artibus pecunias acquisiuisse: plane
sim dignus odio: qꝛ de meis litteratis inuide iudicem: si auteꝫ
dixero eiusmodi ꝑpaucissimos esse illi quidē ingent: in hoc
eruditoruꝫ minimo quem uidemus numero uel unus admo
dum sat est: tum omnes qui sese quȩstus gratia lr̄is applica
rint: ii cōtra me testes & dictorū meoꝝ rephēsores adducent

Has igitur ob res liceat nobis cãm hanc breuissima quadã ex cursione membratim resummere / copiasq; nostras iteruz col lustrare. Nam proderit id q dem (ni fallor) ad tollendã cupi dorum studentiuz imprudentiã: quos p̃cor / ut posita (siquã fortassis habent) cupiditate lucri rationes paump nr̃as per/ legãt. Nam hoc si fecerĩt posthac nũq̃ ad libros ac sciẽtias ni si spreta cupiditate accedẽt. Itaq; ad rẽ p̃cedamus. Ex omni qđ litteratorꝝ multitudine q̃ infinitas pene idisciplinas distĩ cta est: solas admodũ tres esse quęstuosas p̃fessiones constat V nã eorꝝ q causas & cõtractus notant: aliam illorꝝ q iuridi cundo p̃sunt: tertia est eorꝝ q ualitudines curãt: reliquas om/ nes ĩtueor nõ magis erudimẽtis claras esse q̃ pauptate. Neq; id qđ ĩiuria. Nã quę solũ corporis ac fortunę bonis defuiũt eędem ad quęstum artes natę & accomodatę sunt: quę uero artes animuz & ingenium alunt aliquid maius & incorrup tibile ac sempiternum ex poscunt. Tu uero si hęc negabis: rogabo. Vtrum ne Grãmatici / Rhetores / philosophiq; pa/ rum tibi dare litteris operaz uideantur? Proxime rogabo ex illis ipsis quot comperias esse diuites? Nonne tu ferme omnes eiusmodi litteras per ciuium domos pedagogas mẽdicare ani maduertis? Doceo qd pulchre respõdeas. Dicito p̄hos tanq̃ ultimum malum spreuisse pecunias. Itaq; merito iacent ino pes egeni: deniq; usq; adeo adducta sit res: ut Scriba / Medi cus / ac Iurisperitus tres hi tãtũ p̃stãtes atq; utiles didicisse lit ras putentur: qm̃ easdẽ bene fecerint nũdinarias: reliquę aũt doctrinę de ĩgenio / đ natura rerũ / đ morb9 / deq; cęteris ma ximis p̃stãtissimis atq; elegãtissimis reb9 ĩcultę & sordidę a ci uib9 cõtẽnant atq; reiiciãtur: soleq; uenales lr̃ę in p̃tio sint. Ego aũt minime unq̃ tãti faciã illorum triũ generꝝ opulen tiã / ut nõ sit apud me pulchri9 hic sapiẽtię gr̃a ferre fõtiter pauptatez q̃ illic ditari sine laude: naz honestissimos qđ scri ba: plures egẽos / q̃ q̃druplatores aut rabulas diuites uidi: ut ĩ toto scribarꝝ ordĩe dubitẽ / an ulli ferme quęst9 fraude ac p

fidia careāt. Certe hoc pace bonorum dicere audeam. Nam qui succēseat iprobis bonis fauere existimādus est. Ego de tabel lionib9 iprobis sic cēseo: putari posse illud plerūq3 in eis esse uerum quod aiunt uulgo. In tabellionibus signū maximum nequitię tū apparere cū sine calamo ad aurē assito deābulēt Nō.n. licet scribam una & diuitias & mores uelle ostēdere. Nam nemo igniorat q̄ tenue aurū calamus notariorum expuat. Ergo qui scriba nolet furtum pfiteri, paupertatē prese ferat oportet. Sed hoc loco de bonis atq; iprobis notariis credant alii qd uelit: mihi vo nō fit uerisimile notariorum quēdā ab si gnatarū tabellarū mercedulis ditari. Tum de medicis plixius dicerē, ubi nō uiderē multos & eos qdem uiros & medicos bo nos cū egestate luctari semp duros, acres sēper ad conuitiā dum accictos: dequib9 qd omnib9 i ore oīum illud est quod fertur: quas res mortales ducūt tristes & ab horrēdas uulne ra, mōbos, pestilētias, mortes has oēs maiorē imodū cupidi medici hōium gnri optēt & sequāt necesse ē. Tum pterea in his ipsis horrēdis reb9 paulo maiores diuitias affectātes utrū auare, crudeliter, desperateq; uersētur aliorum sit iudicium: Iuuat hūc locū cum breuitatis causa pterir, tū nequid uidear nimis accurate colligere siquid posset ad uituperiū litterarum adduci. Taceatur idcirco fraus, pfidia, falsa attestatio, cor ruptę contractus atq; hereditatis formulę. Taceātur subac ta uenena, nutritę febres, productus morb9 potionib9 & pharmacis: multa dniq; alia scelestissima & nefaria cupidorum tabellionum atq; mediocrum crimina sileantur. Neq; insup enumerētur morbosi aeris atq3 inimicitiarū pericula quę no tarios omnes atq3 medicos cupidiores subir opus est. De ope rę autē prestatione seruili, obscoena, & omniū sordidissima dicere feodum esset. Verum apud ingenuum preserti atq3 no bilitatum litteris animum sit par, non posse ditari & nolle di uitias cum turpitudine. Malint quidem pclara igenia mores as sequi q̄ diuitias. Oderit docti scelus & dedecus magis q̄ pau

pertatē. Nemo sit usq̧ adeo stultus q̄ tā turpē ac nefariā cu
pidorꝝ scribarꝝ & medicorꝝ seruitutē nō penitus abhorreat.
Cęteri. n. quos ſuos nr̄os dicimus aut belli supati aut p̄doni
bus capti seruitutē iuiti subiere. Medici uero atq3 scribę spō
te seruitia p̄bēt. Serui autē apud dominos ut gratiā atq3 p in
de libertatē cōsequātur: sūma & fide & diligētia operas p̄stāt
quātū licet honestissimas: Tabelliones uero & medici ut pe
cunias excerpāt nullas tā & si uilissimas opas respuūt. Serui
p domini salute i quē uel ob expectatione3 libertatis uel ob
facilitate3 ise sūma obseruātia & amore affecti sunt, pericula
atq3 si (opus fuerit) mortem adire nō recusant, medici uero
atq3 scribę uolētes & cupidi ad oēs inimicitias, ad pestilētias
ad cōtagiosos morbos, ad ultima mortis picula se se p quo
uis ignoto sola paucorꝝ nūmorꝝ mercede adducti offerunt.
Cęterū de nostris iurecōsultis q̄d nā p̄clarū referam, Quid de
pōtificio iure deq3 legibus? Na3 ex his grana ex cęteris bonis
disciplinis atq3 artibus omnibus colligi paleas dicunt. Supi
boni grandes litterę, amplissimi codices, sarcinę (proh su
peri) imanes, quas q̄ ordine similiq3 apparatu in tabernam
apud forū exposuerit, quo iurecōsulti domi pompā apertā
atq3 dispositā ostentāt: certe illic plures procul dubio longę
plures ille pecunias si p̄tio ad rem uisendā itromittat accipi
et q̄ iurisperiti cū suis omnibus ipedimentis librorū machi
nisq3 atq3 architecturis bibliotecarum sint soliti capere. At
quęso adhibe huc animum: putasne ullius esse uim tantam
pecuniarum quę in hac tanta tanq3 amplissima librorum cō
gerie comparanda non exarescat ac penitus deficiat? Vt sū
me quidē inscitię sit diuitias tātis impensis cōsectari. Quod
siquis tam multis libris tam grandi impensa diuitias concu
piuerit: nonne is persimilis erit illis quos Cęsar solitus erat
dicere hamo aureo piscari? Adde his q̧ summę stultitię est
tantis non modo impensis: Verum etiam laboribus atq3 ui
giliis quęstum exposcere. Cras inquit cam̄ te orare oportebit

modica tunc porrigit cliens : plura incrastinum pollicetur
Tu quicq̄d porrigitur accipis totam deinde noctē inter libros ad nidorem lucernę pedibus manibusq; algentibus sō nescis quęritans / peruoluens machinas & libros omnes atq; te ipsum cura / sōno / inedia / frigoreq; conficiens. Ergo prodis ad causam rauca uoce obtorto collo / rubentibus atq; gementibus ocellis : adstas animo non minus auido & solicito ad lucrum / q̄ ad ledendum parato atq; intenso. Deniq; ipsis illis uastissimis euigilatissimisq; recitationibus legum paraphorum & glosarum multa uoce conclamitas. Omnes precordiorum ramices misero tibi erumpuntur: neq; uereris contra primarios & potentes ciues conductus premio disceptare atq; cauillari. Minitantur / conuitiantur / mordent inculpāt. Tu infelix ad hęc omnia famam ac dorsum tui uenale expositum habes. Siccine idcirco qui hęc faciunt qui petita pecunia euigilent / proclamēt / crepent / qui inuidiam p̄tio subeāt / aliorum uices exorent / in rixa aliorum minitent̄ ac reliqua omnia in hoc ordine litteratorum quos legistas dicūt desiderata / qui facit ut prouiribus iurisperiti omnes lucris īpliciti faciūt: An nō hi uidēt se se / q̄ sit publica & deterrima ī s̄uitute cōstituti? O p̄claras lucri faciēdi rationes q̄ nō mō quęstū nō faciūt sed maximā rei familiaris iacturā patribꝰ tā & si locupletibꝰ afferūt: īimicitias īferūt: nullas nisi seruiles cū maximis laboribꝰ merceđs afferūt. At dixerit fōtasse q̄spiā. Quid ni cū a studiis domū se lr̄āti recep̄int parta illis authoritas cū ad grām proderit: tū etiā iuuabit / ut ditissimas uxores cōperiāt. Nemo. n. tā īsipiēs q̄ eruditi & famosi uiri affinitatē recuset. Huic pulchre posset ī hūc modū respondi Inmo q̄s lr̄ātus nō demētissimus diuitiarum gratia cuiq̄ hominum subseruire cupiat? Libertatem in primis uir doctus cupit. Imprimisq; fugiet cum cęteris / tum omnium maxime seruire mulieri. Si. n. abiis qui litteras sectantur om/

ne seruitutis genus procul esse debet / nõ q̄d eaȝ decet autho/ritatem studiis litterarum induere cuȝ qua nos inseruitio ho neste uersari putemus. Potius omnē authoritatē & fastū lit/teraꝝ exuamus q̄ id uelimus: ut nos pecunię gratia seruitutē iniisse uideamur. Nam qui eiusmodi mēte ac cogitatione cō sistunt: ut malint cuȝ seruitute diuitias / q̄ cum libertate lau dem asseq: sint illi quidem omni authoritate indignissimi. Et. n. qs ignorat magnam seruitutis partem esse alioꝝ cām procurare: atq̧ alioꝝ ad se litigia aduocare. Tum plane ab iis qui opulentas dotes sectantur: eadem hęc semper exposci quis dubitat? Nōne uidemus ut causas sēpiternas: quę nūq̄ sopiri / nunq̄ confici queant ab affinibus / ab affiniuȝ affine atq̧ ab illorum amicis congerantur: litteratiq̧ opē atq̧ auxi lium gratis petant. Tuȝ preterea quis negabit genus esse tur pissimum seruitutis eoꝝ qui garriētem suorumq̧ semper di uitias & amplitudinem referentē uxorem sibi in animum in duxerit perferre? Quibus quidem rebus opulentę dotes sūt nunq̄ non refercтissime. Hominum infortunium. Nam est genus mulierum stultum / arrogans contentiosuȝ / audax / insolens / atq̧ temerarium suapte natura. Hanc uero tu qua lem futuram uxorē putas? Cui maiorem fortuna licentiam dederit / q̄ uel tu ul' potius ipsa possit substinere: quęue īter delitias educata ꝑꝑ diuitiaꝝ affluentiam īsaniat. Quot leges imponet: & quotiens nullū esse te o noster litterate sine suis opibus uxor exprobabit? Sed de mulieruȝ natura & ineptiis satius est nihil referre / q̄ infinitaȝ rem atq̧ notissimam liba re ut ita dixerim. Illud tñ persuasuȝ esse cupio foemina diui te (ut aiunt) esse nihil intollerabilius. Quę cuȝ ita sint ne eri mus ipsi nos litterati q̄ tātoper̄ exdotib⁹ diuitias affectemus ut nō seruitutē magis q̄ pauꝑtatē oderimus? Verū esto sane cupiāt: deceat uxoribus litteratos ditari. Qius tā erit īprob⁹ atqȝ audax qui apud matrē fortunatā & locupletem inopi litterato uirginem cum dote opulenta dandam persuadeat?

Nonne acclamabit mater ueto / prohibeo illi semiuiuo / illi incompto ac tristi litterato dari filiam nostra3. Nõne rursus reclamabit / filię meę uiru3 dari quęro non magistrum : ac uirgo ipsa / nonne suę rei solicita eadem apud matrem ĩsta bit animo insui aliquem amatorem pendẽs atq3 cupiens ali/ unde sibi q̃ ex dictis philosophorum satis fieri? Tum frates nonne preferẽt urbani ac lepidi alicuius affinitate3? Exclu/ detur igitur mala3 in rem noster litteratus / matris / fratrum/ ipsiusq3 puellę iudicio atq3 sententia . Verum ego qd com/ moror: ac si tantũ egeni lr̃ati opulẽtas dotes affectẽt. Quęro poterint ne quoq3 comperiri diuites qui diuitem uirginẽ nõ recusent? Poterũt sane. Iuro idcirco (si aderunt) mi litterate excludere/ abiiciere cu3 tua omni Minerua & Pallade atq3 d̃ spiciere. Ne certa inops cũ locuplete. Ne te pallentem ac tri stem cum cęteris adolescentibus compara . Ne authoritate3 apud puellas pulchritudini preposueris: abi potius fuge lit terate obde te tua3 in bibliotecam. Nam agilis / festiuus / ue nustus / comptusq3 adolescens sua3 sibi amatam ne preripi/ as omni arte & ingenio curat. Irrideberis impexe mi littera/ te & squallens si de re uxoria cũ nitido & polito amatore cõ tenderis. Quod si te fucatum exhibueris / omnẽ & authori tatem & dignitatem litteraria3 amiseris. Durum dixeris me qui uxores nolim dari litteratis. Quin uolo esse in litteratos non solum nihil durus: sed etia3 usq3quaq3 mitis / ut uelim litteratos fastidio uxorum carere. Quam ergo dandam iudi/ cabimus? Primo consulo paupere3 tanq̃ ultimum malu3 fu giãt: proxime moneo ne cupiant iuuenem: ea est. n. ętas in fẽ sa & parum tuta studiosis: noui quid dicam. Verum exem/ pla cessent. Capiet igitur litteratus uiduam aliquam uetulã a qua minusq̃ a cęteris mulieribus aspernabitur. Nam istius modi uetulę cum filiorum cõtumacia / tu3 iniuriis affinium coactę nimirum se exhibent ut spe diuitiarum aliquem illici ant cum quo uel apud iudices aliquos ad quos ĩdies trahun

tur ab infestissimis affinibus sint tutiores: uel domi sine so licitudine requiescant. Ac recte circa diuitias litterati secum agi existiment ubi istiusmodi dotibus tametsi litigiosis atq3 refercitissimis inimicitiaru3 ditentur: q si fortassis uideor in hac uxoria disceptatione iocari: repete animo coniugia litte ratorum: non dico ut de pudicitia uxoru3, sed de ętatibus ac dotibus perscruteris. Facile qd cerno quid sentias: sed missa hęc ridicula faciamus. Meminisse autem oportet q̃ sint lucra litteratorum minuta, tarda, turpia, ac paucis concessa: atq3 illud superius memoria tenendu3 est quod docui q̃ graues ĩ pensę, q̃ multę ac diuturnę, q̃ ue rebus familiaribus pnitio sę sint. Quibus ex rebus constare arbitror: litteras non mõ ad quęstum minime ualere: uerum etiam detrimenti plenas esse ac penitus incõmodas,. Sed quia duab⁹ primis partibus nostrę institutę disceptationis plene a me satisfactum esse existimo. Q si dubitare3 non satis rei factu3 uideri, alio uer terem orationem. Ostenderẽ quidem q̃ pusilli seruilisq3 ani mi sit is qui labores litterarum spe diuitiarum ductus subi-ierit. Neq3 tacerem q̃ preclaros eruditosq3 animos honoris aq3 animi prestãtia & claritas plusq̃ cupiditas & auaritia de beat mouere. In qua quidem re possẽ diuitius commorari si placeret ingenii mei uires ostentare: aut si ad laudem ducerẽ hoc loco nostrę facundię quę plane minima est, aut copię longius periculum facere. Nam est ea quidem materia pa-tens, ampla, spatiosa: ut quiuis laxatis habenis facile possit multa cum oratione per omnes exornationis locos bellissime discursitare. Sed frustra atq3 ab ĩstituto esset in eiusmodi no tissimis atq3 approbatissimis sententiis expoliendis uagari. Nam quis est tam imprudens q hoc dixerit esse non turpissi-mum? Quę artes animi morbos, auaritiam, cupiditatem, ac libidinem sedare, tollere, exterminareq3 debuerant, quęue animum illis imbutum flagitiis in libertatem, decus, laudẽ, inq3 caducarum rerum despicientiam erigere ac stabilir̃ sint

ſolitę: eaſdem ipſas artes & diſciplinas auaritię & cupiditati bus ſubditas & morigeras uelle reddere? Tu3 ipſum animū diſciplinarum elegantia imbutum turpitudinum mole preſ ſum atq3 obrutum eſſe? Eſt plane ab officio alienum ac tur- pe cum omni gnr̄i hominum, tum litteratis animum non ex tollere quantum licet ad laudem & uirtutem: turpius tamen peſſūdari auaritia atq3 ignominia: turpiſſimum rerum ca- ducarum illecebris duci ſapientē: turpius diuitias diſciplinis & ſapientię titulis aucupari: turpiſſimum decus & libertate3 pro uiribus parum tueri: turpius mercedibus illiberaliſſi- mis ſeruire. Sed iſta omnia omittamus ſiquidem mihi ipſe imperaui, & nihil non ualde neceſſarium proſequi in hac re & eſſe omnino q̄ poſſem breuiſſimus. Quod plane quantu3 in me eſt hactenus effeci. Nam ſuccincta & lenis (ut uidiſti) noſtra fuit oratio: eritq3 quoad pro rei qua de agimus ma- magnitudine permittat facillima & breuiſſima. Dixi ex ſtu diis litteraru3 neq3 uoluptates captari: neq3 accumulari diui tias. Proximum eſt ut de litteratorum authoritate & hono- ribus a me dicendum eſſe uideatur. Honores &.n. non negā dum eſt deberi litteratis admodum maximos. Nā ſi bene me ritis honos quaſi p̄mium refertur in exhibendo certe honore quem preponemus lr̄atis? Si quis bonas inter artes fortiter ac diu labores ferendo: ſiquis pro adipiſcenda uirtute ac ſapi entia ętatem ī ſtudiis cōterēdo, ſiquis omnes uoluptates aſp nando, omnes cupiditates eiciendo meretur Siquis īduſtrię ſudoribus, ſumptu, tempore, fōtunis atq3 uita pro ampliſ ſimis & neceſſariis hominum gnr̄i atq3 omniū gratia digniſ ſimis rebus comparatis meretur: Vt ſunt bonę artes, bona ī ſtituta, p̄ſtantſſimi mores, atq3 ſapientia quę in litteris adi piſcimur. Quis erit tā īprobus qui eſſe litteratos omnibus an teponēdos inficiet? Sūt ergo litterati omniū iudicio nō poſt ponendi. Cęterū cū reliquis animantibus omnibus homo ī multis reb⁹ excellat, tū uel maxime lōge ſup̱ior ē ꝙ cognitio

nis & rationis ui q̄dā fruit̄ / q̄ facile ꝑsuadri pōt hoiūm mē tes eē natura ab cęlestiū gnr̄e nō alienas. Nā cōstat q̄d & mari & terra q̄cq̧ moueantur omnia ingeniis hominum subigi & suppeditare. Idcirco hominē in natura reꝝ esse animantiuȝ honoratissimum atq̧ principem omnes fatent̄. Quę cum ita sint / homo qui eandeȝ ipsaȝ rationem uel menteȝ qua a natura iam est reꝝ domin⁹ constitutus habuerit absolutā perfectāq̧ artib⁹ cultam & expolitā studio atqȝ solertia / quiue eadē ipa ratione & itelligētia / īter hoīes maxime supior fuerit: nōne idē hic īter mōtales ꝑcellēs maximis honorib⁹ ac reuerentia ab oībus erit ꝓ sequēdus? Deniqȝ deus ipe cū cęteris īfinitis ī reb⁹ p̄stet: tuȝ nō ī postremis ad diuinitateȝ est ꝙ uerū a falso secernere / q̄d sit optimū eligere / ac reb⁹ / ratione / & ꝓuidētia modrari ꝑfecte nouerit: homo aūt q̄ ī huiusmodi diuinis reb⁹ doctū & eruditū se p̄beat / nōne inter homines ꝓpe diuinis honorib⁹ erit cōcelebrādus? Nōne omnibus p̄ferēdus hominib⁹? Qua igitur ratione cōpertuȝ est: ut equester ordo ī publicis cętibus ātecedeat litteratos: aut quis ex ordine equestri litterato cōparet̄? Qua īpudentia rudē / in expertuȝ rerū / atq̧ plerūq̧ temerariū militeȝ litteratis omnibus āteponamus? Hęc ego nō īstitutis maioꝝ / sed īsolentia & temeritate quadā militum sibi arrogantium ī usū accessisse arbitror. Nisi forte maiores nostri iudicarint litteris q̄ auro minus habendum esse honoris. Alioqui peruersa ratio / turpis mos / iniusta licentia est hunc militem preponer̄ ī quo nullus uirtutis / morum / aut sapientię splendor inest. Qui ue tantum gemma & auro se uelit admodum cōspicium uideri: Hunc uero litteratuȝ postponere qui moribus / uirtute / ingenio / litteraruȝ ac reruȝ optimaruȝ cognitione / ac ratione sit ꝓbatissimus atq̧ clarissimus. Sed missā faciamus hāc disceptationē recte ne miles p̄ponat̄ q̄q̄ ea ipa disceptatio esset hoc quoq̧ loco nō negligēda. At dicam⁹ militiā esse publicū aliq̄d munus militisq̧ ipius munus & officiū esse nō

mediocris negocii uirgines / uiduas / deſtitutas / atqꝫ īdefēſas
atqꝫ pupillos / atqꝫ pauperes oēs / eiuſmodiqꝫ afflictos oēs
una & rem publicā omnē ſua ope / rebꝰ / & armis tueri / tege
re / atqꝫ defēdere. Eiuſmodi eſſe militis officiū arbitror. Qꝫ
uero probe pro officio ſe ſegerant milites / q̄ ue iccirco ſit ho
noř dignissimi cenſeāt cęteri: nobis tñ nemo negauerit uiros
doctos ſuis ſtudiis plurimū & reipublicę & miſeris oībus &
fortunatiſſimis etiā ciuibꝰ cōferre utilitatis. Quis tñ ulla ra
tione defēdet ſtultos prudētibꝰ / īdoctos peritis / īutiles com
modis / deſidioſos agētibꝰ & bene in dies merētibꝰ litteratis
ulla ī re debere anteponi? Neqꝫ ſolū apud hūc militarē ordi
nē meritis honoribꝰ defraudāť litterati / ſed etiā apud quos
uis deſpiciunť. Quē. n. ī ciuitate diuitiis & āplitudine paulū
egregiuꝫ ciuē dederis / q nō ſe ī omni re ſupmuꝫ uelit fore: q
ue nō illico paupertatē floccipēdat / ac ſtudia penitꝰ arteſqꝫ &
īgenia pauperū non oderit? Quis. n. ita moratus diues aderit
q nō priꝰ deberi fortunis ſuis iudicet q̄ aliorū v̄tuti? Eninue
ro qua de cauſa illum mihi litteratum preferes inquiunt di-
uites: nonne una eadēqꝫ nobis omnibus patria eſt? An mihi
fortaſſis humiliores affines & parentes / an ſtirps nr̄a q̄ iſtiꝰ
degeneroſior eſt? An uero in ſenatu quia grāmaticen ne-
ſciaꝫ / ſentētia & uota minus noſtra q̄ litterati ualebūt? Libe
ra nobis ē ciuitas / liber animꝰ: liceat ſane noſtra uernacula ī
ter nos lingua loqui: atqꝫ ea quideꝫ ſic loquamur libere / ut
inuiti tacuiſſe nihil uideamur. Gaudeat iſte ſane litteratus
inter libros ſuis exquiſitis uocabulis: nos autem diuites cu-
remus ut apud ſenatum noſtra imprimis ſententia uigeat:
quod ſcio pulchrius nos q̄ quiuis litteratiſſimus ſuis prepō
deratis exercitationibus noſtra diuitiarū authoritate alleque
mur. Nos. n. deauratas / illi laureatas ſententias proferunt:
& cedat auro laurus: tu uero ſi litteratorum cauſam ſuſcepe
ris: enim deſine hunc tandem litteratum magnificare īquiēt
Quid illi aſſurgaꝫ? Quid cedam e uia? aut diſcoperiam? qd

mihi cũ illo est negocii? Nouit litteras q̃d ad me? Regat ille
q̃dem ludũ, ac instruat pueros. Meminit leges q̃d ad me?
Ganniat ille q̃d, proclamet, inscribat dicas: expilet uiduas:
predetur litigantes: prodat clientulos ut lubet: patronum se
ac consultum ciuibus futurum prestet, q̃d ad me? Bene erit
orba ciuitas illa q̃ tales tutores complectatur. Medicinam
profiteatur q̃d ad me? Curet ille quidẽ ebrios, edaces, helluo
nes, uenditet pharmaca & uenena, pertractet oĩa foeda spur
cissimaq; ut uolet quid ad me? Diuina sectetur quid ad me?
Compleat ille quidẽ uetulas clamoribus: deliret in pulpitis
(ut uolet) quid ad me? Quod quidem male illi succedat litte
rato: omnia norit: cuncta didicerit uniuersa teneat q̃d inq̃
ad me? Istorum ego si quando mihi aliquis fuerit necessari-
us faciam uno nummo omnes horas noctiũ triũ, dierũq; tri
um uigilans connumeret. Iam quidem sint illi litterati suis
demum nugis & disputantiunculis contenti: non prodeãt
in publicum suis cum uenalibus cauillationibus: potius ad
quam olent lucernam redeant: aut deniq; superi optimi abi
cite hanc pestem hominum e conspectu qui nisi essent nul-
lus litigiorum strepitus: nulla in litigiis calũnia adesset, iur
gia rixęq; tollerẽtur, summa cõcordia ĩ urbib9 uigeret: pax
inter ciues constituta seruaretur: non litigiorum eternitas:
non causarum immortalitas perseueraret: sub ęquo & bono
natura duce simplici quadam ęquitate causę discernerentur
Hęc uerba ita me superi amẽt ut a multis neq; infimis neq;
uulgaribus nostris ciuibus q̃ sępissime audiui, pro rei tamẽ
molestia dignum responsum aliud nullum dedi: nisi putare
me eos agere non modeste q̃ de re sibi ignota, nõ sensu, na-
tura, & ęquitate: sed odio, inuidia iudicẽt: illis tamẽ aliqua
ex parte indulgendum esse qui negligant quod ignorent: &
uituperent quod negligant: sed ab iis optare me ut parcius
& modestius de bonis obloquantur. At illi inceptam canti-
lenam resummunt. O ciuitatem modestam. Sed quis non ea

dem ipsa persępius in triuiis audiat? Quis non omnino abie
cti agrestisq3 animi parū ęgr̄ huiusmodi homines ferat audi
ens; qs uel minime cupidus honoris non prestare arbitrabi
tur se diuitem putari q̄ doctu3, presertim cum uiderit se ad
honores inter diuites esse nullu3? Quid cum audiet litteratū
hunc aut uocari lixā, aut coquū; si forte (ut fit) ueste nō ita
lautissima de libris ad ciuium coronam progrediatur; aut
marmoreum bouem; aut phreneticum; si quid uehementius
suis litterarum meditationibus inheserit; aut ambitiosum
latratorem siqd eloquentia & erudita lĩgua publice delecte
tur; ut profecto non sine auctoritatis & dignitatis iactura
sit litteratu3, inter ciues publicos petere honores atq3 aucto
ritate3; tum etiā ad gratiā p̄stat nos studiosos stolidosq̄ pru
dentes; nam ita consueuere nostri ciues stultos tantum irri
dere ac ludos facere; gnauos aute3 & agentes malignos es-
se & rapaces dicūt, hominū genus, fugiendū, q̄ & naturali
astutia & litterarum fraudibus ad omnem iniuriam & perni
tiem aptissimi sint. Tu idcirco litterate qualē te illic p̄stabis?
Si simplicitate3 ostētabis; bonū te sed rudē atq3 ĩutilē dicēt;
si prudētia callere, malignum te esse interp̄tabunt̄. p̄xime
de reliqua plebe erga studiosos qd est quod referā? Nā est ea
qđ sors hominū, cū cęteris in ciuitatib9 loquax & maledica;
tū maxime nostris ĩ hetrurię urbibus multū ĩsolens ac male
dicētissima; oēs irridere, nemini deferre, temer̄ proloqui, ac
multa per insolentiam agere assueta. Quod tn̄ nr̄is homini-
b9 & nomini hetruscoꝶ laudi dādū puto. Hetruscis.n.ciui-
bus ob ātiquissimā libertatē multa cū dicere, tū etiā facer̄ li-
cet quę apud tyrānos educatis nimiū solute fortasis & ĩtem
peranter facta uiderētur; laus tamen libertatis & fructus ē;
quo legib9 parueris eo reliq̄s oēs uoluntates & ĩstituta ita ge
rer̄ tua ut uelis. Sed ad plebē redeam9 nr̄a3 apđ quā sēper p̄
mę honoris p̄tes fuer̄ auro ac diuitiis đditę neq̄ obscuꝶ qđ ē
q̄ m̄te uulgus non uirtutū, sed pōpę admiratione moueat̄

Mouet̃.n.ĩperita multitudo reb9 iis q̃s oculis ĩtuet̃:illis aũt quibus mẽte reddi perspicacior & possit & debeat nõ cõmo uetur. Itaq3 cupiũt ĩperiti q̃s ĩtuẽtur diuitias: negligũt quã ignorãt sapiẽtiam: fortunas cõsectant̃, uirtutẽ spernũt. Pro greditur diues lõgo cũ amico℞ & seruo℞ comitatu se se mul to supercilio & gestibus efferens, nõ secus atq3 multa ꝑ diui tias & ãplitudinem polliceat̃, aut cõminitet̃. Huic cuius di- uitias cupiditate ãplectit̃ plebs uultu fronteq3 applaudit: er go aduenĩeti cõfestim assurgit: hunc quanti fortuna, tãti es se faciendũ & censet & predicat. Hunc ergo a quo iuuari fa uoribus & pecunia q̃ritãt ciues, nõ stulte omnibus litteratis anteponunt. Ita demũ his omnib9 reb9 ĩcrebruit, presertim ĩ nostrę urbis hominibus opinio flagranti cupiditate ĩcensa ut solis diuitibus, solis fortunatis ĩprimis honores deberi exi stiment. De litteratis uero nõ amplius cogitẽt q̃ de rebus iis quę usui futurę minime sint: quinimo multis modis despe- ctos habẽt litteratos. Missa facio reliqua obscoena litteratis a plebe ĩposita ignominia. Illud ṽo p̃termittamus q̃d aiũt: nescire se qua re nostros litteratos debeãt magnificare, quos plane uideant circa uitę usũ ea negligere, q̃ ad bene beateq3 uiuẽdũ admodũ necessaria sunt. Tu3 p̃terea sit sane illud in quiũt: ut p̃dicatis. Este litteris docti re℞ omnium: hoc si ue stris litteris tã ãplissimum atq3 diuinũ munus inest: ut nihil reru3 omnium sit quod ignoretis: quid est uobis litteratis in hominum genere stultius? Quãta uestra ĩsania est? dum nõ imprimis discitis esse nõ egeni: dunq3 uos paupertatis & mi serię uestrę nõ peniteat? Verum igitur tanti faciemus istuc ipsu3 didicisse litteras: ubi pluries det̃ sitir̃ & exurire, q̃ sapi ẽtiã ostẽtare? Discite discite litterati (si aliq̃d saper̃ uideri cu pitis) sine inopia uiuere: postremo optabitis cu3 laude uiue re. Sũt ergo magna ex parte ut uides litterati apud omnes or dies, apud plebẽ usq3 adeo ridiculi, ab oĩb9 irrisi, a multis despecti, atq3 id quidem potissimum ubi non fuerint ualde

locupletes. Tum qui (qđ rarissime euenit) fortassis fuerint fortunati: sciant illi quidez non litteris, sed diuitiis: nō uirtuti eorum, sed fortunę honores tribui. Et.n. animaduertant quot assurgant, cedant, aut dignētur: nisi eorū oculos togę auriq̧ splendor prius perculserit. Desit aurum, deponatur toga, ignorabere. Equidez ita se res habet qui ueste sunt ornatissimi, iidem sunt honoratissimi apud uulgus: qui ditissimi, iidem honoribus & obseruantia, dignissimi putantur: ut nemo tametsi prudēs, peritus, atq̧ rerum preclarissimarum scientia atq̧ sapientia excultissimus uir sapiens habeat: nisi auri atq̧ diuitiaruz suffragio quicq̄ ex se possit ī uulgus proferre, qđ laude aut admiratione dignū putetur. Sed nos forte maiores circa res ueluti publicis in muneribus, legationibus, aut magistratibus honorē esse constitutuz putare magis oportet, q̄ circa istas assessionum, lociue, atq̧ uię prerogatiuas. Quibus quidem in rebus auruz (ut plane uidemus) partes iam pridem primas sibi uendicauit. Quamobrem fōtassis rem p. gerentes potuerūt uideri integro atq̧ perfecto in honore constituti. Nam mores & uirtutes eorum probatę esse uidentur quorum fidei & diligentię resp. se se maximū pondus commendarit. Mihi tamen non persuadeo remp. in magistratibus exposcere copiam litterarum magis q̄ rerum experientiam longo usu & tractatione ꝑfectaz. Veruz breuissime hunc locum transeundum censeo. Nam cōstare arbitror ut raro de coelo, aut planetis: ut nunq̄ de deorū natura, de animorum procreatione & ui apud remp. consultetur. De bello sane & pace, uectigalibus, & impensis, deq̧ omni re ciuili moderanda atqz tuenda non litteris apud senatum sed usu ipso atqz experientia disseritur. Tum in contionibus qđ de septem orbibus aut uagis stellis: quid de sole & luna disserendū sit non uideo: ut profecto omnes litteras ab hoc forensi usu & publico seclusas esse oporteat. Proxime qui litteras profitentur commodius fecerint: si suis litteris contenti

ea loca effugient quibus nulla cum publica dignitate uersẽ
tur: uel si quid publicorum negociorum tractasse concupiue
rint: in eo se tantum exerceant / quo si non aduocentur non
tamen excludantur. Solas. n. pacis & coniunctionum for/
mulas conscribendas & consignandas suscipiant: reliquam
uero remp. suo pro iure sibi summant expertissimi ac proba
tissimi ciues: ac uolente iubenteq populo capessãt. Litterati
uero qui non se ĩ usu negocioru3 uel magis q̃ litteris doctos
& peritos uideri elaborarit: officio suo tum functi erunt cũ
in publicis monumẽtis redegerint ea quę sint coram se uelu
ti apud testes bene intellgentes gesta. Ergo qui recte sibi cõ
sultu3 uolet publicas istas omnes ad ministrationes effugiat
Non. n. facile dici potest quanta publica hęc omnia munera
cum cęteris expeditis & ab omni reliquo negocio solutis ci/
uibus / tum maxime artibus & disciplinarum cognitione oc
occupatis animis detrimẽta afferãt. In publicis. n. munerib9
hęc insunt incõmoda: q animũ ab studiis distrahũt: trahũt
in solicitudinẽ & ĩ uidiã / opponũt inimicitiis ac periculis: re
ferũt curas / labores / atq difficultates acerbissimas. Quę res
om̃es q̃ sit cũ cęteris / tũ litteratis molestę atq idcirco pacatis ĩ
geniis uetitę nemo nõ discernit. Q̃ tãetsi ĩ honoris / gr̃tię / ad
mirationisq loco eẽ oli3 cõstitutos audierĩ: noua tñ hęc tẽpo
ra alios mores ideo attulere: q nimis multos & eos q̃d ĩsolen
tes uilissimos / abiectissimosq homines bonę lr̃ę suscepere.
Ex quo effectũ est: ut cum sãctissimę pene omnes disciplinę
isthac hominũ fece repletę dehonestatęq sit: tũ idcirco nobi
lissimi & p̃stãtissimi q lr̃is affici oli3 cõsueuerãt admodum de
dignẽtur: tũ etia3 his artib9 ĩhęrere negligãt in qb9 neq ho
norẽ neq amplitudinẽ nãciscãtur: atq eo deuenim9 / ut nõ/
modo nobilitate & authoritate p̃stãtes lr̃arũ studia negligãt
uerum etiã nulli nisi abiectissimi atq3 ignauissimi se ad lr̃ãs
cõferãt. Nã aut gibbi / aut strumę / aut distorti & cõminuti /
stolidi / hebetes / inertes / atq3 rebus aliis obeũdis inualidi &

incompotes omnes ad litteras deportantur. Quos autem ci-
uilia negocia respuunt: eos putant esse ad otium litteraruꝫ ac
commodatos: quos mulierculę maritos reiiciunt hos littera-
rum cognitioni iũgunt: ut aperte sentire istud uideantur p̃
stantissima ingenia pulchrius commodiusq; quouis in alio
negocio uersari q̃ inter litteras. Eam ob rem quis non ꝑspici
et q̃ nullo in pretio sint apud ciues litterę? Quis causam nõ
discernit quamobrẽ decus & honos litterarum apud ciues in
terierit? Quis non ante oculos ueluti pictaꝫ rem prospiciat ca
sum atqꝫ pernitiem disciplinarum & artium? Quis non con
doluerit tantam iacturam tantunqꝫ naufragium in litteris
factum esse intuens: posteaq̃ in has ipsas morum tempesta-
tes & procellas incidimus: ut nemo pene animi causa, paucis
simi honoris gratia, infiniti cupiditate & spe quęstus moti
disciplinas sectentur. Iam uero liberales omnes scientię, &
artes, sãctissima animi instituta, seruiles effectę iacent. Iuris
peritia, sacrorũ disciplina, cognitioqꝫ naturę ac forma mo-
rum, reliquęque egregię & solis liberis hominibus decretę lit
terę (execrandum facinus) quasi hasta posita publice uene-
unt. Infiniti uenalitii licitatores bonarum artiuꝫ circumuo-
lant, ex agro, syluis, ex ipãqꝫ gleba, & coeno emergũt inu
merabiles nõ hoĩes sed bestię potius ad ſuiles operas natę: q
ſpto rurẽ ad disciplinas uẽditãdas & ꝓfanãdas irruũt. O pestẽ
litteraꝝ. Ita ne q rastra & bidẽtẽ exercere debuerãt libros &
& litteras ĩpudẽtissimi tractãt? Quoꝝ officia erãt pecus obser
uare, stabulis ĩsistere, ii de fortunis hominuꝫ diffiniũt atqꝫ
disceptãt. Qui bacillo cogere pecora debuere: ii iã sceptra ge
rũt: ii iã ĩter magistratus consident. Qui deniqꝫ ab ipsis pe-
cudibus non moribus, sed effigie & loco segregati atqꝫ alie-
nati sunt: tãdem non nihil tincti litteris temerarii & (ut ait
poeta) Hiulca gens progrediuntur: nullo infamię, dedeco
ris, aut turpitudinis metu repressi ad omnem inmanitatem
prompta, omni scelerẽ & flagitio coĩquinata, nihil pudori, ꝓ

bitati / rectis studiis / aut bonis artibus cōcedens. Non a uir
tute & sapientia / sed a cupiditate & auaritia bene & male ui-
uendi rationem ducens solam paupertatem miseriam / solas
diuitias summum bonum statuens: ut de fortunis / fama /
& capite insontis pacisci: questus gratia pestem ac perniciē
inquenuis machinari minime abhorrescant: nihil temerarii
atq; audaces flagranti pecuniarū cupiditate affecti uerētur.
Bone idcirco artes / honestissime artes / sanctissimeq; discipli
ne prostant: & questum faciunt. Tunc igitur diuinarū hu
manarumq; rerum cognitio / bonorum morum & glorie tu
trix / optimarū rerum & inuentrix & parens extitisti? Que
animos hominū ornare / ingenia excolere / laudē / gratiam
& dignitatem cōferre / remp. moderari ipsumq; terrarum or
bem summa lege & ordine agere consueuisti? Tunc inq̄ alū
ua litterarum philosophia turpissimorum abiectissimorūq;
hominum cupiditatibus suspeditas & deseruis? Sed iam desi
namus casū & interitum litterarum deplorare. Tum etiā fi
nem faciamus puestigandi quidnam cause sit: quamobrē lit
tere usq; adeo abiecte & uiles iaceant. Nam id quidem cū pro
lixum: tum ab re & instituto nostro esset alienum. Sit igitur
quantum ad rem nos parce / sed tamen uere demonstrauimus
multos labores / nullas uoluptates / multas impensas / mini
ma lucra / multas difficultates / multa discrimina / per exigu
am authoritatem in litteris comparari. Quibus ego quidē in
reb9 exponēdis ita studui esse breuis: ut multos locos deftos
cōmorationibus / multas argumentationes nudas exēplorū
multas persuasiones uacuas amplificationum consulto reliq̄
rim. Id quidem ne euis rei accuratus uituperator uiderer:
cui non mediocriter fui semper deditus. Tum etiam mini-
me sum ueritus ne oratio nostra que uirtute ipsa comite p
ficisceretur tametsi ieiuna / exilis / atq; humilis esset / possit ta
men ad iudicia lr̄atorꝝ tuto puenir̄. Satis. n. cultā & comptā
orationē existimo eā que nulla ĩparte mēdacii aut falsitatis

queat redargui. Satis honesta est quę nullas turpitudines admiserit. Quare nemo reprehendat si malui parū eloquēs q̄ nimium mordax uideri. Nam tantum quidem a me abest ut litteras non maximi faciam: ut pro litterarum cultu prosequendo multas āxietates / multos labores / multa incommoda / damna detrimenta / multas erumnas / atq; calamitates in uita pertulerim: dum omnino me litteris deditum atq; admodum inuitis plerisq; quorum ope & suffragio uitam ducebaȝ dedicatum habui. Et. n. paupertatē / inimicitias / iniuriasq; non modicas neq; (ut multi norūt) leues ī ipso etiam fere perficiendi flore forti integroq; animo atq; erecto hac una litterarum gratia & amore substinui. Atq; hoc quidem effeci: non ut uoluptatem caperem / non ut quęstum facerem: ut ꝑfecto fecissem si a litteris me ad negocia transtulissem. Nam qui aliorum ductu uixi / non modicas alioruȝ res meo arbitratu duxissem. Qui ab aliis impetraui: potuissem multis rogantibus esse liberalior. Sed reruȝ cognitio / bonę disciplinę / occultissimę artes plus semper apud me q̄ omnes fortunę & cōmoditates ualuerūt. Quare nemo sibi persuadeat uelim quę a me hactenus dicta sunt: ea esse contra litteras odio aut fastidio aliquo exquisita. Nam sunt illa quidem ita ex se se posita in conspectum clara atq; notissima ut nostro ad persuadenduȝ īgenio minime aut ullius eloquētia indiguerit. Veliȝ tamen in eaȝ partē nostra dicta prodesse studiosis / ut cum sua prudentia & ratione cuncta quę a me explicita sunt tenuerit tum me adiutore (siquid ualeo) excitati diligentius perspiciant litteras non ad lasciuiam / non ad inanium caducarumq; rerū expectationē cōferre. Nullū. n. aut ꝑexiguū fructū bonę artes turpissimis īstitutis cōferūt. Idcirco arbitremur stultissimos eos esse qui aliquid preter reꝝ optimaꝝ notitiā in litteris affectāt. Decet. n. prudētes eos q ꝓbe lrāti eē aut uideri uolūt: sic ad studia īcēdi / sic īter libros ṽsari / ut suū primū officiū putēt / se se nō magis doctrina q̄ ṽtutibꝰ ornatissimos

reddere. Sit animus studiosorum flagrās cupiditate quadā: non auri & opum, sed morum & sapientię. Discantq3 in litteris non tantum uim & causas rerum: sed formam etiam cultumq3 uirtutis & glorię. Discant preterea fugere uoluptates contemnere diuitias, aspernari pompas, fortunam non metuere, solanq3 animi quietē, mores, uirtutem, sapientiāq3 apprehendere. Siquidem bonę huc ferme artes contendunt Nam qcqd a maioribus conscriptum esse reperitur, id omne eo tendere uidetur: ut erroribꝰ leuemur, ueritatē simplicitatemq3 teneamus: quę duę res ad bene beateq3 uiuēdū fundamēta atq3 robur sunt: quibus iactis & constitutis uirtutem animis magnificentius instruimus, ratio ipsa uirtutis comes florescit, animus intelligentię & sapientię munere fruitur, mens omni perturbatione uacua contra omnem fortunā uictrix persistit. Ergo in litteris sapientię laudem exposces litterate: tum uirtute3 totis uiribꝰ tuebere atq3 seruabis. Quod ipsum libri ipsi (si loqui per se possent) ut faceres ad monerent. Nam his uerbis uterentur. Tantis uigiliis adolescens te quo is perditum? Tanti labores quid iuuabūt? Quid apud nos hac tua solertia & assiduitate quęritas? Quonam tendūt hę uigilationes, curę, & cogitationes tuę? Cupis oblectari dum te ipsum excrucias curis? An tibi aliquod indixeris otium? Spera- ne tu diuitias idem qui paupertatē apud nos nō metuere didicisti? An te preterit nostrum nihil esse uenale? Non te lateat adolescens cōmodius ducere nos amatores nostros paupes habere q̄ diuites. Nam experti sumus: nemo est unq̄ factus ditior studiosus qui non illico delitiis & luxu rerum imbutus ceperit nostram cōsuetudinē, nostrūq̄ complexu3 fastidire. Quid tu ne potētiā exquiris? Gaudes honoribus? Affectas dignitates? Desideras amplitudinē? Falleris adolescēs, falleris: si uulgi assētationes: si plebis plausus preponis uirtuti: si fortunę ludum forensem tumultū, popularem auram non longe postponis doctrinę & sapientię. Ca

duca illa / instabilia / fragilia / plena inanium laborum / ple
na timorum / plena suspitionū / plena casibus & labe. Quis
animi quieti & stabilitati uirtutis / disciplinarumq3 pulchri
tudini cōpararit? An fugit adolescēs te uirtutē apud nos un
diq3 circūstare? Nullā cupiditatē / nullum fastum / nullam
tumiditatē / nullā in animis leuitatem amar̄? Omni caligine
omni umbra turpitudinum mēte3 ex purgatissimā fieri uel/
le? Tum adolescens nonne perspicis q̄ lumine ac splēdore
suo hec de qua loqmur sapiētia nobis deditos illustret / ac cla
rissimos elaboret redder̄? Memēto re℞ preterita℞ / uetustissi/
mā apud nos memoriā integrāq3 prudentiā considera. Que
te res omni fortune impetu & casu possit subleuare ac sub/
stinere. Sepone igitur mentem istam cupidam. Exue ani/
mum istum spe amplitudinis tumidum. Fuge istas diuitia℞
& futilis fame corruptēq3 laudis famulas quas litteris adhi/
bes operas. Stultum est prosequi uoluntate quod opera neq̄
as assequi: stultissimūq3 id adniti opera qđ si pficere nequeas
peniteat laborum / si assequaris turpitudinis pudeat. Vtere
apud nos laborib9 parcius / uirtute acrius: neq3 tātu3 peritia3
doctrinarum que quidē merito uirtutis comes putatur apud
nos consectaberis: quin te ad integra3 potius uirtutem spe/
ratione / & cogitatione ī dies reddas aptiorē. Nā ex doctrina
& artib9 illud p̄clarū dabitur ut ad sapiētiā liceat aspirare:
ex ỽtute diuinū illud cōseq̄ris / ut qetē animi laudē / dignita
tē & felicitatē adipiscaris. Quod si (ut debes) ad uirtutē cete
ris posthabitis reb9 cōtēderis / maxima omniū uitio℞ leuatio
fiet. Tū maxīa laus & gloria succedet. Prestat.n. & excellit
ỽtus. Na3 ei cōiuncta & cōplexa ē diuina q̄dā uis q̄ leuamur a
uitiis atq3 errorib9 omnib9: qua3 laus / honos / ītegraq3 & p
manēs animi uoluptas & qes subsequit̄ atq3 psistit. Quam
qđ uirtutem q animo / uoluntate & usu cōp̄hēderit / q so
lidā & exp̄ssā uirtute3 nō īplebis iudicio eē: sed ī animi elegā
tia & splendore sitam meminerit / is nullum sibi cu3 fortuna

d iiii

cõmertiu3 esse uolet: is omnia sua in se bona esse posita puta-
tabit: ex quo profecto ornatissimam & beatissimam atq; deo
rum persimilem uitam ducet. Quę cum ita sint adolescẽs in
cumbe ad uirtute3, ac de his fortunę commodis sic iudicato:
nihil eorum esse uehementius cupiendum, nihil animi bo-
nis preferendum, nihil admodum probatissimis uiris preter
sapientiam & uirtutem persequendum, nihil preter insipien
tiam & uitiũ pertimescendũ atq; refugiendũ. Et.n. q uolet
suum facere animum ornatissimu3: is quidem sordes istas q̃s
uoluptates nuncupant, atq; illas uirtutũ inimicas quas opu
lentiã & diuitias nominant, atq; alias istas omnes moru3 ani
morumq; pestes quas honores, dignitates, & amplitudine3
appellant: despiciat, oderit, & abhorreat necesse est. Quib9
omnibus rebus si diligentissimam ad hibueris operam adole
scens, cõperies litteras esse uoluptuosissimas, utillimas ad lau
dem, ad gloriam, atq; ad fructũ posteritatis, & inmortalita
tis accomodatissimas. Nos idcirco cum nostra superiori, tum
hac librorum hortatione & commonefactione excitati atq;
erecti prosequamur ĩ litteris Carole, ut nostra apud omnes
uirtus mi frater comprobetur & dubitet nemo uel sola3 a no
bis esse quęsitam sapientiam.

Leonis Bap. Alb. de. Iure ad Franciscũ Coppinũ Pratensẽ



T si a uestris Iure consultorum scriptis cum
has ad te darem litteras Coppine q̨ ia3 pridẽ
illis relictis ad philosophię studia redissem,
eram alienus: officii tamen esse duxi, ea in re
expectationi tuę satisfacere: in qua & iuris quasi formulas
quę dissuetudine quadam lectitandi ex nostra pene excide-
rant memoria repeterẽ: & me tuorum commodorum esse cu
pidissimum intelligeres. Nosti quidem q̃ hęc legum facul-
tas memorem ac perinde assiduum studiosum exigat. No-

bis autẽ annus iam ferme sextus elapsus est: postea q̃ ponti
ficem sequimur: quo nullum penitus legum commentariũ
uidimus. Ita uexati, ita acti casibus fuimus: ut neq̃ loco con
sistere neq̃ librorum copia perfrui licuerit. Quę res cũ ita
sint quę tuo iussu de iudicio promendo dicturi sumus, ita
accipies: ut ab eo dicta putes qui secum ipse partim recolli-
gat uetera sua negligentia destituta, partim noua nullo li-
brorum adiumento, sed solo ingenio commentetur. Ad rẽ
igitur proficiscamur.

¶ Iure consulti officium est integra fide & summa religio-
ne controuersiam dirimere: cauereq̃ ac prohibere nequis do
lus, nequa ue fraus uspiã locũ (quo ad in se sit) habeat: fidem
autem ueteres iustitię fundamentum esse dixerunt. Nanq̃ ea
manente fiunt quę dicta sunt. Religio ad pietatem & ęqui
tatem diuinam spectat. Quare pietatem dixere coli tum ma-
xime: cum in tẽplis, hoc est in omnium rerum decore & ho-
nestate uersemur. Itaq̃ iudicem illum esse optimum statuo:
qui maxime religiosus quiue, quod in primis maxime decet
tenuerit. Decent quidẽ honesta quę ab utilibus quonam pa
cto segregentur prudentum interpretationibus in philoso
phię preceptis dinoscuntur. Ea re fit ut philosophum esse
iudicem oporteat. Sed de hoc satis: probum si dederis iudicẽ
& dei memorem.

¶ Controuersię finis imponitur pactione partium aut iu-
ris diffinitione. Hic iudicem decet moliri primo, ut per ami
citiam res conficiatur. Nam ius eo omne spectat semper, ut
quies & tranquillitas in animis hominum ac societas huma
ni generis & naturalis charitas seruetur. Hęc ut fiant: scrip-
to iure partim est qđ uetet, partĩ est qđ iubeat. Sed cum ple
runq̃ id ius qđ a natura in cuiusq̃ probi animũ institutum
est, a scripto iure discrepare fortassis uideatur: idcirco exor-
tę sunt prudentium curę quibus & quid deceat & quid expe
diat definiatur. Quo in munere meminisse iudicem oportet

nature preceptis nunq̃ esse abhorrendum: idq; esse ex na/
tura existimamdum, quod probi omnes comprobent, pius
nemo reprehendat. Que iure uetētur, ea quidem non bona
neq; commoda sed mala sunt: que autem iubeantur bona cō
tra esse certum est. At dicet quispiam. Vetitum est, uxorem
uiro amantissimo donum in uita elargiri: filiu3 in bonis pa
ternis cuius eadem futura sūt, infra etatem dominium habe
re: captu3 bello ea possidere que (ut redimatur) merito omnia
ex ponenda sunt. Hec & huiusmodi pleraq; alia eadem ī par
tem esse uetita respondetur: q̃ aut turpitudini prouideatur,
aut publice & q̃ plurimorum saluti: Veluti ne coniugum
ardens amor que filiis emolumento futura sunt dissipet: ne
ue intemperans & incolsulta adolescentis libido turpiter pa
ternas fortunas effundat: aut deniq; fortassis (mitto ceteras
rationes) eum q manceps sit bonorum solemne ius non ha
bere: neq3 id committendum: quod hostem reddat cu3 pa
trie incōmodo locupletem: aut id maxime fieri, ut ceteri fō
titudinem ignauie, mortem seruituti, decus turpitudini di/
scant anteponere: ad rem redeo. Hec prima constat regula
ut bona semper malis preferantur. Bonorū alia magna, alia
minora: minora ad maiorum comparationem dicuntur: sed
fortassis in bonis id magnum ponendum est quod uere bo
num sit ueluti Deus, uirtus: quanq̃ deum illi neq3 in bono
rum neq3 in malorum numero habeant: sed hic locus ad mo
net ut a philosophis bonorum distinctionem summamus:
Stoici quidem & in primis Zeno nōnunq̃ ea dici bona asse/
ruit que mixta sunt, ut prolis foecūditas, qeta senectus: alia
esse simplicia ut scientiam, tum ex genere bonorum que sem
per presentia sint esse scientiam & rerum optimarum cogni
tionem arbitrabatur: que uero non semper essent presentia
esse huiusmodi: ut in iis gaudium & risu3 collocaremus: sed
hanc esse in bonis uim ut qđq3 bonorū conduceret, essetq3

oportunum commoditate, utilitate, aptum, laudabile, iuuans, optabile, atq3 iustum. Possent & alii adduci qui tripartito bona diuisere: ut essent animi, & corporis bona, atq3 externa. Epicurũ, Aristippu3, Caliphone3, Cyrenaicosq3 omnes, Diodorum, Hieronymum, eiusmodi quorum alii in doloris uacuitate, aliqui in rerum cognitione & sapientia collocarunt. Eos non aspernamur qui honestatem & uirtutem ad bonum adiunxere. Itaq3 quod minime honestũ, qđ a uirtute abhorret, malum existimabimus. In iisq3 bona ea maiora arbitrabimur quę non seiuncta ab honestate magis conducent, magis oportuna erunt: quę commoditatis emolumentum utilitatenq3 afferent: laude3, opem, salutem conferent: quęue magis quisq3 sanus appetat: sed in hac cõparatione animi bona ut uirtus & uirtutis premium, ut gloria dignitas, & imprimis salus animi, bonis corporis ut ualitudini pręferenda sunt: externa ut diuitię omnibus postponenda. Hęc si satis intelligunt: non ignorasse oportet maiora semper bona esse minoribus pręponenda: ueluti si cui iurato lis censenda sit: ueluti deierare, aut ad deierandum prodiui non pręstari iusiurandum, quod quidem id ipsum salutem animi q̃ maxime sit lęsuru3. Eadem ratione uitandi mali gratia minora interdum mala nõ turpiter iure conceduntur: ueluti furto uitam substinere, q̃ fame tui homicidium ferre: filium uendere, q̃ uitam per inediam deserere, ipsu3 se inopię causa uenũdare. Proxima regula est ut quę bona constãtia & permanentia sunt: eadem inconstantibus & non permanentibus anteponantur. Nam militarem disciplina3 seruari q̃ ciuem eo quide3 conducit (ut cęteras rationes pretercam) quo diuturnior quę ex disciplina utilitas futura est q̃ quę ex uno ciue utilitas est: idcirco non impie Torquatum se se filio orbasse defendunt. Contra item quęq3 mala diuturniora sunt futura, ea inq̃ ut euitentur, temporanea eligi q̃belle possunt. Hoc enim Regulum sensisse possumus

interpretari que3 fama eſt ad carthaginenſes hoſtes & ad parata ſupplicia redire maluiſſe q̃ fidem fallere: nam plus apud eu3 ualuit diuturnę atq; ſempiternę infamię euitatio q̃ paucorum dierum acerbitas. His coniuncta regula / ut ſi ex incommodo & mala conditione aliqua bonum ſubſecuturum ſit: ut maius / diuturnius / uehementiuſq; bonum eligatur: ueluti qui in pontem reficiendum q̃ inſcenicos ludos erogandum publicum ęs conſtituerit. Tertio loco regula eſt / ut id qđ uim habet ut bonum efficiat: puta felicitatem / gloriam / ſobolem / augeat / rem accumulet / utilitatem reſtauret / ſeruetq3 uires / id cęteris bonis anteponatur: quę uero nõ eam iuuandi uim & bene conferendi habent poſt ponantur. Id habet uim ut ſtrangematis & pulmentorum & delitiarum iactura fiat q̃ librorum: contraq3 mala ea effugiantur quę ledendi uim & poteſtatem habeant: qđ ſi id nequeat: quęq3 minus obeſſe ualeant ea illis preferantur: ueluti ſiquis ſtatuat ex ęrario captiuos q̃ eorum commutatione qui ex hoſtibus apud nos capti detineantur / eſſe redimendos. His coniuncta regula eſt: ut illa bona quę fortaſſis poſthac mala aliqua ſint ſecutura poſtponantur: & quanto ea maiora tanto poſtponendi ratio ad hibeatur: ueluti malam conſuetudinem ſint inductura / aut ſi authoritatem & legum dignitatem comminuant. Sed ero nimium prolixus / ſi ponendis exemplis operam conſumpſero: quę res tibi homini docto haud quaq̃ eſt neceſſaria: nam ex te eadem comprehendes. Sũt & in bonorum genere quę palam in luce & cognitione ſũt poſita. Quędam item quę ad cognitionem conferant / ea quidem ab dictis & naturę obſcuritate impeditis & ad cognitionem minus accõmodatis omnibus pręferenda ſunt. Bona item quę eiuſmodi ſunt / ut facile homines illa capiant / illis afficiantur / chara habeant / bonis illis quę graui cum ſolicitudine & cura ſint complicita preferantur: & quãto ſunt

ea dulciora & pretiosiora tanto anteponantur: & quę contra mala, dura, & acerba, aspera & solicita ea postponantur: & ex quibus bonis mala huiusmodi: & ex quib9 malis bona istiusmodi: & quanto illa diuturniora: & quanto ista promptiora, & clariora: tanto inter ea sit preferendi & postponēdi ratio. Ex quo ortum est, ut uera bona fictis preponātur: uera mala fictis postponantur. Ficta bona ex quibus uera bona subsequantur, iis ex quibus ficta eueniant anteponantur Ficta mala ex quibus uera mala, fictis ex quibus ficta mala procedant postponantur. Vera bona quę ficta mala sequantur, ueris bonis quę uera mala imitentur preferantur. Vera mala quę uera bona excitent, q̄ uera mala quę ficta bona gignant preponantur. In hisq; omnibus discernendis diuturnitas & uis omnium tam presentium q̄ futurarum causarum adiūgatur. In uerbis bonis aiunt esse uirtutem. Nam Socrates duo tantum posuit esse uera bona. Deum ipsum, & quę nos cognitione & amore deo proximos & quasi ex deorum genere nobilitatos redderet uirtutem. Idcirco ea semper maximi pendatur, uirtutiq; faueatur: ac pro uirtute quidem incommoda dispendiaq; interdum ferenda arbitrabimur: ac ad uirtutem quidem quę recensuimus omnia sunt adiicienda: ut magna uirtus preferatur minori, diutina uirtus temporaneę. Virtus quę uim habeat: ut alios ad honestatem illectet, ad animi quietem adducat: ueluti iustitia tēperantię fortassis, & quę ad iustitiā accōmodantur, q̄ quę ad temperantiam preoptentur: & huiusmodi omnia repetantur: ut si disceptabitur, cui Titius iusserit se defuncto dari centum: in discutiendis rationibus optime cadat: maluisse literato, maluisse philosopho, q̄ sculptori & huiusmodi. Virtute3 hoc loco ex hominum more appellamus: ut eum ī quo aut manus, aut lingua, aut uox, aut pes, aut quiduis istiusmodi doctrina aliqua excultu3 sit: qui fidib9, qui pictura qui istiusmodi aliqua arte sit edoctus, uirtute illum ornatu3

dicamus. Tum etiam & maxime uirtute excellere eum dici-
mus in quo litterarum ac rerum difficillimarũ ratio & cogni
tio ad sit. Itaq; his addenda est regula: ut nulla bona, nulla
uirtutis speties, nulla commoda nulli affectus, nullaq; ho
minum iudicia & opiniones sanctissimę religioni & pietati
repugnẽt. Proxime ut pietas & religio nullã impietati & sce
leri causam aut principium pręstet. Hinc illa sunt Turpe iu
ramentu; & turpis promissio irrita, & eiusmodi. Adde his
quę de religione diximus ut honestati & decori ĩseruiatur:
ac ad bonorum quidem & malorum cognitionem tenenda;
hęc inuestigatio proderit: ut intelligamus rerum cognitio-
nem haberi partim per ea quę excidant aut sequantur, ue-
luti bellum esse malu;: ꝙ homicidia, populationes & huius
modi afferat. Id noscitur partim per assimilationem: ut ĩtra
Italiam militem habere: quia superiori bello simile sit secutũ
partim per ratiocinatione;: ut quum disqritur habeat ne eas
partes quas supra recensuimus: ut sit ne iuuans, oportunũ
an ęquu;: cui ratiocinatiõi illa subsunt, diminutio, augum
tum, trãslatio, aduersatio, sublatio: puta si diminuatur, re-
stetne aut non bonum: si augeatur ea census ratio, sequatur
ne malum: si in aliud tempus in alias personas, in alia lo-
ca, in alias res aut in istiusmodi omnia transferatur, q̃d sit
futurum: si contraria sequantur: si omnino tollatur: quid &
quale commodum oportunitatis, laudis, utilitatis & huius
modi sit reꝶ istic affutuꝶ? Proxĩe his q̃ recẽsuim⁹ regulę hu
iusmõi sũt: ut cogitem⁹ possibilia ea an impossibilia sint: quo
cognito possibilia preferãtur. Ea quidem necessaria appello
sine quibus quę deceant conueniantq; expediri & perfici nõ
satis queant. Facile ne an difficile sit: facilia preferantur. Vti
le ne an ĩutile sit: utilia preferantur. Iucunda an iniucunda
sint: tristia postponanť: & ĩprimis illa quę sint honesta om
nibus semper antecedant: Nam quęq; parum honesta sunt
ea parum esse ex Iure interpretanda sunt. Sed necessitati uel
coniuncta est honestas uel paret. In iis autem illud quasi in
trepres sese ingerit quo disceptamus eadem singula per se a-

ut item cum alio qualia sint : & paria ne an non sint. Si nō / aut excedunt / aut exceduntur : nam sic queritur : hoc ne il lo magis necessarium : illud ne hoc utilius / facilius / honesti us & eiusmodi. Tum inter se hoc modo. Vtrum ne utilius id / q̄ hoc facile: illud necesse magis q̄ hoc honestum: ex quo in paribus excedentia bona preferantur & mala postponan tur oportet : paria autem ut sint raro euenit. Sed cum Ius medium quoddā sit (ut ita loquar) inter seueritatem & mi sericordiam / interq3 rigorem & indulgentiam: ut in plerisq3 municipalibus legibus pretoris arbitrio quippiam relictum sit : pietatem colere q̄ poenam sumere humanius est. Veru3 autem plus minusq3 multis modis considerant : ueluti idem de his similia / dissimilia / aut his contraria diximus. Nam aut tempore / aut loco / aut rebus / aut personis eadem con ueniunt : & que de necessitate / utilitate / honestateq3 dixi mus adhibenda sunt. Item & que supra de bonorum diffini tione diximus. Que si omnia hoc uellem loco renumerare essē plane prolixior: tn̄ ut unā aliquā exhibeā / hec erit per ue stigādi ratio: ut tp̄ra tp̄oribus: na3 tu3 erat necessariū / nūc nō aut nō tm̄: tūc utile / nunc inutile: tunc ea de causa honestū nunc minime: & eiusmodi. Itē ip̄m de locis rebus & personis dicendū est. Sed sunt aliqua propria tp̄oribus / aliqua locis / aliqua rebus / aliqua personis. Tp̄oribus & si ēt alia eueniāt ut ī personis & rebus / & locis / que eēt longū enumerare: cō suetudo / usus / ex qb⁹ presūptiones & eiusmodi. Tn̄ aliqua sunt ueluti que primo occurrunt ut necessitas : ea. n. oritur ex causis. Cause incommoda / libertatis amissio / reipublice pnities & eiusmōi q̄ q̄si necessitatē ītulere: ut id exequeret / loci facilitas aut difficultas / partis dignitas / authoritas & gr̄a ut id dignitatis gr̄a iusserint: ut uictor triūpharet: loci diffi cultate adductū noluisse dimicare / & castris sese tenuisse: tē pora captasse qbus abesset hostiū dux. Rebus ferme oīa ipri mis accidunt q̄ supra de bono disseruimus: ut eam fuisse rem bonā ualde bonam in promptu quā non esset difficultate &

labore adepturus, plenam gaudii, utilitatis, & honestatis.
De eo item qđ plus esse aut minus dicatur, alia suppeditat ra
tio & discursus. Nam aut numero, aut pondere aut mensu-
ra penditur atq3 metitur: aut aliquid qđ eligibilius id effici-
at assūmit. Numero: qđ pertineat ad pluris: ut comune ius, q̄
municipale: municipale, q̄ priuatorum: pondere, & mensu
ra quę preferenda sunt ī facto est: ni forte ad animi affectus
& res ingenii mensura3 quoq; adiiciamus. Quę uero aliquid
in se habent ut pre eligenda sint: ea sūt quę supra diximꝰ ut
bona & quibus afficiantur. Nam filio q̄ affini, affini q̄ reli
quo ciui, ciuiq; q̄ peregrino operam pręstare. Hęc uero qua
tuor permixta regulas afferent q̄ plurimas ut quo plures affi
nes contineat eo res amabilior ut patria: quoue id maiori cu3
mensura amoris, obsequi, operę, beneficii, & istiusmodi eo
eligibilior. Essent qui de bonorum eligibilium rerum ratio
ne in hunc modum disputarent. Vt alia prima & hęc prepo
nenda, alia media, alia ultima esse bona dicerent. Prima qđ
quę aliorum essent origo & plane fons, atq; ortum aliis pre
berent: ut si trāquillitas animi primum bonum est, uirtus
proxima est quę eam gignat: aut si uirtus primu3 ipsum bo
num est, scientia ex qua uirtutis habitum imbuimus: si scien
tia ipsa primum in causa qua de agetur bonum putabitur,
preceptores & eiusmodi supputabuntur. Itaq; postremo cū
in paupertate tranquille uiuere possit sapiens, opes ultima
erunt bona: cōtraq; prima eadē maloꝝ eē cōstituemꝰ ut sint
prima media & minima: ut interminima bona & minima ma
la parū sit discriminis, itaq; ī his omnibus ea discernendorū
bonorum & malorum q̄ supra absoluimus his applicāda sūt
ut quę prima inter se maiora, perenniora, itē & quę facilio
ra, accomodatioraue sint teneantur: quod & illi uolunt qui
in rebus humanis uera esse nulla bona dicunt: sed eade3 om
nia esse opinionibꝰ ꝑscripta duciq; animos affectione, odio
amore, & eiusmodi. His quoq; ratio hęc ad hibebitur: ut iu

sta affectio preferatur illiq3 indulgeatur: ut si patri adulterę filię occidendi ex iure detur arbitrium: iustiori minus iusta affectio et quę difficile uitari possit & quę omni ex parte non turpis sit permittatur: quę autem facile potuit deponi ad malorum conditionem adscribatur. Huiusmodi res eos primũ mouere qui statuerunt: ne interdiu quoq3 furem ęque ac noctu concideres. Iusta quidem alia sunt quę sine alicuius iniuria animum honesti quoad eius fieri possit compleant: ut in uacua serere / aquą fluentem haurire / auem liberam intercipere / & alia cũ par pari affertur: unde iustum dicimus eũ qui dignitati & meritis satisfaciat: ex quo orta est liberalitas & cętera huiusmodi quę alius erit demostrãdi locus. Datur satis aliquando homini / aliquãdo humanitati. Id fit cũ aut tantũ pro tanto / aut tale ꝑ tali. Quod humanitati datur huiusmodi est: ut oculum pro oculo / & qui non in ęre is luat in cõpore: nã hominũ cõmodis seruitur / si fit: ut lęsus animus a uindicta prosequẽda ex qua maior pernities subsequi posset / ad quietẽ & tranquillitatẽ referatur: quã qd̃ tranquillitatẽ iura ĩprimis optare diximus: fiuntq3 poenis cęteri ad scelus ineundũ tardiores. Eadem ratio de pręmiis uigeat necesse est: nã si benemeritis non referãtur: cęteri inertiores reddentur / & emeriti animum nequaq̃ pacatũ gerẽt. Quare sic statuisse possum⁹: ut sit ius mediũ qd̃dã inter poenas & pręmia: nãq3 si lęso iusserĩ ꝑ ĩteresse isthuc dari: ꝑmiũ est id qd̃ ĩ cõmodis repẽditur. Itaq3 si ad paritatẽ spectet ius / mediũq3 ipsũ sit qd̃dã inter poenas & ꝑmia / poenis respondeãt necesse est: ex qua re litium existimationes uarię & alię pro locis / tẽporibus / & eiusmodi aliter redditę sũt. Non. n. par fieret si sacrilego furi eadẽ existimatio esset atq3 ꝓfano: ex quo intelligi uolo huc omnia conferri quę hactenus supra recensuimus: ut sic statuam⁹. Poenã bonũ quidẽ esse quia humanitati satisfaciat: malũ / quia hominẽ afficiat. Idcirco & malis & contra bonis ista hęc cõmiscenda sũt. Nãq3 diuturnũ malũ

oculorum effossio nondiuturno bono pugni uindictę non respondet: quia maius scelus principem percutere, quia turpior affectio amare puerum & eiusmodi: idcirco grauior pena. Hinc igitur omnium mulctaru3 modus prefinitur. Sed illud in omnibus penis meminisse opus est: ut neq; plus q̄ sat est, neue minus, neue alius q̄ reus in extimationem adducatur: tēporibus locisue obtēperetur. Rei sunt omnes ad quos id re℞ pertinuit. Hinc est ꝙ sacerdotis uitam in discrimen adduci prohibetur: na3 ea deo dicata est: militi indulgent q̄a reipublicę adiuratus. Vxori superstite uiro non licet alii nubere: quia uiri uxor, & uir uxoris sūt: & q̄ ī coelis iuncta sūt interris nequeunt dirimi: quę naturę uinculo ęterno conciliata sunt: ea non nostris discidiis neq; superductis hominu3 uinculis dirimuntur. Hęcq3 omnia inq̄ eo pertinent, ut intelligas rerum omnium quę aliorum sint, in istorum qui iudicio rei sunt extimationem nihil uenire. Quare dinoscendum quęnam nostra sint & q̄ diu bona: ea. n. sunt quibus bene utimur. Non tu quidem negabis esse diuitias bonas ut opinor. Sed idem diuitias esse non bonas asseres, iis qui ꝑꝑ eas diu noctuq; curis afficiantur: & uti quidem bona animo possidentur, ita & animo amittantur par est. Hinc est quod aiunt bonorum subreptorum aut iactoru3 recuperandi Ius esto: auem quoq; tamdiu mancipem esse q̄ diu exanimo missam non feceris. Sed uel hac ratione scelesti dicunt̄ bonis cessisse, cum scelus agunt, uel eo ꝙ illi sese indignos prębent bonorum usu. Nanq; quęq; habeat ciuis reipublicę sunt. Si quidem ipse est reip. membrum: & quę membri sunt totius corporis esse necesse est. Id si ita est, dedecet remp. fraudari ꝑ ignauū, aut inertē, aut scelestū. Vnde tractū ē (q̄d aiūt) bene bonis utier. Quod si sine scelere cessurus sit, cedet hic suis nō communibus: nam in aliena re sui nihil est arbitrii. Hinc est ꝙ priuati publicis non derogant: quod omnes comprobarunt, pauci non dirimunt: quod omnes tangit, omnes cō-

probēt. In hiſq; illa ppulchre ſedent quę ſupra de honeſta te & utilitate recēſuimus, ut illud exinde emanet quod aiūt publico decori priuatum facinus nō obeſſe. Ex quo fertur ſacerdotē ad profanū tribunal non trahi. Sunt q diuina ab humanis diſgregēt: deq; Iure diuino diſputēt late atq; diffuſe. Nos diuina deo eſſe reliquēda cenſemus: ut exiſtimemus ī pmiis atq3 penis iudicē tantū humana penſitare: & ea quę lege habent, ad miniſtret: ut dei memor & recti amantiſſimus ſit. Inuenio de Iure ab aliis aliter eſſe perſcriptum: ut primo cōmunis ſocietatis gratia Iura eē cōſtituta dicāt: ſocietatiſq3 humanę nō eoſdē eſſe nexus, neq3 eē neceſſitudinū gradus pares. Primas qđ cōiugationes eē matrimonio℞ quas naturalis qđ appetitus procreādi effecit: proximus gdus eſt libero℞ & eo℞ q ex te nati ſūt quem naturalis quędam cura ea℞ re℞ quę ex te creata ſūt, cōſtituit: deinceps reliq amoris & beniuolētię nexus quos uſus cōiūctioq3 rerū, ſermonū, & uolūtatū cōtinet, ut fratrū quib9 cōmunis pater, & domus, et ciues qbus cōmunes leges & ſacra & eiuſmodi: inter quos qđ omnes nullum eſt arctius uinculū, q̄ eo℞ q per religione3 & uirtute3 animo ſūt cōſētiēti & pene īter ſe uno: quā re3 amicitiam nuncupant: & eande3 niſi īter bonos eſſe futurā negāt. Mali aute3 ne ſimus phibemur. Hinc eſt q nō ui, ſed pmiis ad uirtutē allicimur: a uitio nō illecebris, ſ3 penis deterremur Huius rei cauſa eſt q nos eē bonos ita ex natura eſt, ut nemo nō ſe cupiat bonu3 eſſe q̄ malum: malumq3 eſſe contra naturam ita eſt: ut quiſq3 improbos & ſceleſtos naturę quadam cōmuni bonitate oderit. Itaq3 cum nos eſſe bonos ex natura ſit: recte ne atq3 ex Iure inter bonos tantum hoc eſt inter animos bene naturę conſentientes ſocietatem collocent uideamus? Certum quidem eſt amicitiam hanc in qua uera & aperta beniuolentia deſideratur, eam haud quaq̄ ueram eſſe amicitiam: pariq3 ratione in qua cōiunctione fides non adſit in ea amicitię ius ledi palam eſt. Q; ſi fidem eo dictam fatenť

quo fiat qđ dictũ ſit oĩs perinde dol⁹/ oĩs ꝑfidia/ oĩs fraus iu ri contraria et repugnans ſit neceſſe eſt. Hinc eſt ꝙ ĩ uenditi onibus & in iis priuatorum uoluntãtibus communibus quę nomen & quę nõdũ nomen adeptę apud iureconſultos ſunt id maxime enititur / ut dolus frauſq; ſecludatur / ueritas elu ceſcat. Sed plerunq; euenit ut tegmentis dolus lateat: neq; fa cile dictu eſt / q̃ interdum error ueritatem / & fraus integrita tem / & perfidia bonam fidem ſapere uideatur: idcirco illico eo tendendum eſt inueſtigatione / ut qua ratione docuimus bona a malis ſeligantur: quo deĩceps maiora minoribus / cla riora obſcurioribus / promptiora aut acriora tardiorib⁹ ãte- ferãtur: honeſtatiq; ſemp ꝑ primę partes tribuant̃. Sed ſi tamẽ uis acceſſerit quaꝫ ꝓximã ĩferẽdę neceſſitati collocam⁹ / ea q dẽ omnes rationes ꝑturbat. Quare recte cõſuluere q uim ui ꝓpulſare ea lege dixerũt / ut neminẽ ledas / niſi laceſſitus in iuria. Iniuriã qđ fieri / aut noſtraꝫ in ꝑſonã / aut in res nemo nõ nouit. Huc ergo adducatur illa diſtinctio/ qua bonoruꝫ alia animi / alia corporis eſſe / alia externa & fortunę dixi- mus: & cum pręſtantiora animi ſint: pręponantur igitur in compenſanda lite: corporis autem bona & ſiqua ſunt rario ra & ab omnibus deſideratiora & iſtiuſmodi quę ſupra ex plicata ſunt / eadem bonis externis non poſtponantur. Ex ternoꝶ autem bonorum hoc eſt rerum quas noſtras uulgo dicimus: alię publicę alię priuatę: publicę alię temporales alię diuturnę / alię profanę / alię diuinę: inq; his expetendis ſemper rariora eligibiliora pręferantur: hac lege ut ſuis uta tur quiſq; ut ſuis/ publicis ut publicis: & ſua quidem cuiuſq; ſunt. In primis tempus / affectio/ & actio: ut odiſſe/ amare / et eiuſmodi. Actionum alia coacta / alia uoluntaria: coacta im ꝑpotente: hęc quideꝫ aut bene aut male: bene quę cũ ratione certa ad ueritatẽ congruentia: male quę cõtra. Inq; iis nõnul la prompte & cũ gaudio / nõnulla pene ĩuiti & cũ triſtia fa cimus. Tuꝫ & ſũt cuiuſq; bona triũ (ut ita loquar) ꝑſonaꝶ:

reip. primo: tum proximorum: tua deinceps / aut fortassis in primis humanitatis in quo statuendo nos nō esse oblitos decet / q̃ quidem simus homines & non nobis nati solu3 sed partem nostri patriam / partem parentes / partem amicos sibi uendicare: ideo conferre ut & filiis intelligas a patre alimẽta dari oportere / captiuis redimendi gratia multa licere / furta domestica non esse penitus famosa / siquidem non omnino nō sua subripuisse uidentur. Et pleraq3 huiusmodi quoca inuiti / aut ex studio quandoq3 / aut coacti ipsi agimus / eo plus eadem minusue licere. Sed & uis aut infertur aut pfertur. Non.n.tantum inferre iniustum est / q̃ & nō propulsare si queas: multoq3 magis cum debeas / turpe est non iniuriȩ obsistere. Hinc esse q multa iudici ex arbitrio licent absq3 accusatore inquirere / fama indice torquere / & eiusmodi. Na3 iudex quidem legis est minister: ac est quidem lex nō priuata sed publica bene degendȩ uitȩ ratio. Idcirco eius ministrādȩ munus non priuatis extat / sed publicis cōmendatum. Ad legem spectat cōmunē fouere amicitiā: ea contineri nequit nisi inter bonos: mali ergo segregandi sunt / quos indiscrimē adductos ita tractari cōuenit: ut & illos emendatos malis / q̃ extinctos. Possem & eos adducere qui altius repetant / ac dicant deum ipsum & naturam esse legem cuius ea sit uis / ut recte facere iubeat / uetet delinquere: hominisq3 esse pprium legē tueri / in seq3 accipere: quo sit deo q̃proxim9. Dehinc leges & ipsi quasdam edant quibus deos coli / pietatem haberi / religionem seruari / disciplinam morum teneri imperetur: ac nequid iniustum sit: cōmuni utilitati ut prouideatur / in omnibusq3 esse oportere specimen & decorem. Sed cum instituissē mi Coppine ea tantum referre quibus cum quid ad te dubii esset delatum / id tu qdē non legum uerbis quȩ (ut nosti) in quanuis parte3 protrahuntur ac facile sequentes & consequētes adducuntur: ut hic affirment / ibi negent / ex Iure factū dici: id non legū inq̃ uerbis / sed mēte posses pclarē & dilucide

ex te discernere. Nescio quo pacto materię affluentia prolapsus sim: ut plura dicere cogerer, q̄ uolebam: neq3 consistendi modum reperire3. Itaq3 ut finē mihi ipse imponā: postq̄ satis multa retuli quoru3 similitudine cętera ex te possis elicere, tibi quę dixim9 tenenda sunt. In omni quidem Iuris pue stigatione ut bona malis pręferantur, mala secludantur. In bonorum autem comparatione ampliora bona, diuturniora, uim habentia, cognita, clara, & a pluribus experta, uere & nō ficte possessa, ita anteponantur ut uirtutem & felicitatem semper esse per nos defensam conseruatāq3 uelimus cōmuniq3 amicitię & amicorum quieti summa religione & fide cōsulamus. Vale.

Leonis. Bapt. Alberti Triuia.



SEnatorias Causas aduerti: uticunq3 illę q̄de3 sint: & quacūq3 ducātur argumētatione: non pluris esse generib9 q̄ sex: ea nos genera similitudine quadā Triuia nūcupabim9: q3 in iis oīs senatoria disceptatio uersetur & puagetur. Triuia igitur hęc sint. Lex, Meritū, Arma, Societas, Pecunia, & Mos. Quodcūq3 istoR reddetur descriptione explicatius. Verū toto hoc opusculo ueli3: nō cu3 exacta philosophatiu3 norma agēdū mihi eē: sed cū patritiis cōsultorib9 deputes. Erit igitr apud nos Lex pscripta quędā p̄finitaq3 degēdę uitę rerūq3 agēdarū ratio & mod9 quā publice oēs aut publici aliq cōstituūt. Merita quisq3 facile intelligit eē ea quę dictis factisue pboR aut īproboR debeantur. ArmoR appellatione non uti apud Iurecōsultos ferrū, aut fustes, & lapides tantu3 comphendi uolo: uerū p̄ter hęc equitē, peditē, phalāgē, legione3 classē, totāq3 expeditionē, uim, & apparatu3 quo publicas uindictas psequi, & salus patrię, ciuiūq3 libertas tueri seruariq3 manu possit. Quib9 reb9 quęcūq3 ea3 habēt ui3: ut nolentes repugnātesq3 cogāt ad officium atq3 contineāt adscribēda sūt. Ab iisdē etiā īperatoris cōsiliū & peritiā eē neq̄q̄

se cludēdā duco. Societatē appello quā eādē seu foedus & cō foederationē, seu cōspirationē, atq cōsensū, seu tale q̄duis aliud appelles: nō asp̄nabimur: modo intelligas me de iis re bus atq adminiculis loq, quę ab externis uolētib⁹ & cōsētiē tib⁹ ducta plurimū reip. cōferāt. Pecunias dicemus eē nō ęs tātū aurūue signatū: sed eā ĩprimis omnē opulētiā rerunq affluētiam quę ad cōmunia ciuiū studia motusq armorꝝ pa cisq ornamēta cōferāt: quo ĩ numero sūt uestes, pecus, an nona, tela, scuta, currus, nauis, & istiusmodi. Morē statue mus q̄si legē quādā fato ĩcohatā, usu susceptā quę nō scripto & poenis: sed hominū approbatione rectiq opinione seruet̄ atq Triuiū quodq duos habet ad disceptādū aditus ubi ar gumēta cōtēdāt. Nā aut de lege rogāda cōsultāt: aut cōtra đ lege abrogāda. Meritis ĩ prōptu est pręmia deberi: aut cōtra deberi poenas. Circa arma ṽsabitur cōsultatio: ut aut armis positis ĩ pace simus & in ocio degamus: aut ut sumptis armis ad bellum & contra hostes utamur. In societate pensabitur horꝝ alterum: ut eam aut ineant aut susceptam dirimant. Pe cuniam aut cogunt parantq3: aut iam conquisitam & asser uatam petunt ut erogent atq3 in usus cōferant. Morem ue ro, aut incohandum aut abolendum statuent. De his igitur & circa hęc senatoria omnis habebit ratiocinatio. Sed ratio cinatio ip̄a locos habet p̄suasionū in qb⁹ argumēta ṽsātur. Persuasionū q̄đ loci ęquo numero uti & Triuia quoq3 sex. Possibile, Necessariū, Facile, Honestū, Vtile, Delectabile. Ex quocūq3 istorū (quod ipsu3 etiā Triuis accidit) duplex ad p̄ suadēdu3 facultas p̄betur. Nā aut dicunt hoc puta: ut arma suscipias necessarium, utile, honestu3 esse & eiusmodi: aut contra difficile, impossibile, tristissimumq3 esse. Et tantam habent uim in causis senatoriis ista hęc: ut interdū uno aut altero quouis istorꝝ bene cōparato tota causa illico cōp̄bet̄: uti si qs ostēderit exhausto ęrario & fessis lōga bellorū mole stia ciuib⁹, nō pateī ūde pecuniā sūmas: difficilli⁹q3 eē Hani balē abigeī q̄ arbitrēt̄. Ista ut cōfirmīt̄ eaꝝ reꝝ suffragiis ĩdi


gent de quibus mox tranſigemus. Sed iuuat prius intelligeř
q̄lia iſta qđ ip̄a ſit. Neceſſaria ueteres exiſtimarũt ea eē / qb⁹
adēptis ceſſabit illđ qđ iiſdē nō amotis non ceſſaret. Eſt item
neceſſitas cuꝫ quid cogare ut facias. Poſſibilia ea erunt q̄bus ī
eſt cauſa atq̄ ratio cur q̄d fieri poſſit. Facilia q̄dem ſũt quę
prona & ꝓcliuia & admodũ parata ſũt: ut leui labore & cura
nō multa fiant. Vtile erit qđ conferat cōducat / coadiuuet /
corroboret / opituleť / cōſeruet: & quę etiā ueluti īſtrumēta
ad agēdũ ſint. Honeſta ſũt q̄ ex officio digna / cōdecētia / cō
uenīetia: quęue īſignia / egregia / ꝑclaraue ſint: quęue decora /
laudabilia / glorioſa / exiſtimabilia / ſācta / religioſa / & cũ uir
tute cōiũcta quęue maieſtatē ac nominis poſteritatē exornēt
Delectabilia iucũdũ / uoluptatē / & lętitiā faciũt: qualia ſũt
quę grata / amena / ſuauia ſēſib⁹ ueniũt: quęue ex animi ſētē
tia ſuccedāt: ut uīdicta / reiq̄ amatę aſſecutio / inimicitię cala
mitas: quę demũ illectāt / trahũt / detinēt aīos ꝑ alacritatē /
hilaritatē / & feſtiuitatē. Quę aũt iſtis cōtraria ſunt totis illa
qđ ꝑtib⁹ pugnāt atq̄ ad uerſātur: nāq̄ nō neceſſario ceſſaſſe
poſſum⁹. Impoſſibilia penitus tollũt ꝓficēdi uiā / conatuſq̄
fruſtrātur. Difficile īpoſſibiliũ naturā ſapit. Inutile neqꝫ cō
fert / neqꝫ opitulať / neqꝫ cōſeruat: ſed potius nocet / atqꝫ pe
nitus lędit. Inhoneſta cũ turpitudine cōiũcta ſũt. Triſtia &
ingrata omēꝫ animi uoluptatē tollũt atq̄ amouēt. Itaq̄ per-
ſuaſionũ loci ſuapte natura huiuſmodi ſũt q̄les recēſuimus.
Sed īſenatoriis diſceptationib⁹ euenit ut adiunctionibus qui
buſdā ip̄a hęc quę trāſigimus nō ſēꝑ neqꝫ ubiqꝫ eadē eē ꝑſe
uerēt: ut exēplo ītelligamus. Natura ſui facile / poſſibile / ac ꝓ
pe neceſſariũ ē arborē quę primo floruerit uere / fructũ autũ
no edere: ſed adiũge ueternoſā & īfectā / aut adiũge turbu-
lēta tēpeſtate / & uētis ſęuiſſimis quaſſatā / ſequeť nimirũ in
arbore ut id neqꝫ facile neqꝫ admodũ poſſibile ſit. Ergo qđ
ip̄m erat facile natura ſui poſſibile atqꝫ admodũ neceſſariuꝫ:
nũc iſtiuſmōi adiunctione redditũ ē: ut ſit neqꝫ facile q̄dē /

neq3 possibile. Alio itē utamur exēplo. Apđ ueteres religiōe acti nobiles adolescētes nudi & cū loris p uicos urbis discursi tabāt festis lupcaliū dieb9: hac ętate ne pede qđ nō uestito li cet pdire ipublicū suata hōesta te ciuili atq3 familiaꝶ decore Alia ergo tpra alios mores attulerūt. Fris uxorē apud hebre os cogebat frater defūcti ducere: apud nos lege phibemur cognatę affinitatē petere. Alia igitur illis ratio (ut ita insti-tuerit) alia fuit nobis: ex qbus oīb9 pspicuū ē: superiora il-la cū locis, tū tēporib9, tū etiā psonis, & ceteris istiusmodi īmutari: quas res sic uenit īmētē appellaŕ Adiuctiōes, qp pri mis illis psuasionum locis adiūgant adpsuadedū: & sunt qđ numero nō plures sex. Persona, Locus, Res. Causa, Tēpus Modus. Hęc itē oportet ītelligere qlia sint notationib9 qui busdā mēbroꝶ & ptiū eaꝶ in quas diuidātur. Persona ea erit cuius opera ueluti īperio, ministeriove resp. utat. Et psonaꝶ qđ alia ē qua3 natura dedit & altera quā īstitutū & ars & in dustria adiecit: alia quā fortassis resp. posuit. Vtamur & hoc loco exēplo. Cesari, Alexādro, atq3 ēt Catoni psonā natura ddit, ut essēt illi qđ tales ut facile diligas, aut uereare: ut vo eēt alter cēsorio supcilio grauis, alter facūdia & lepore gtus, ali us maiestate frontis īperiosus, īstitutū studiūq3 fortasse pfe cit: ut uero hic dictator, alter aūt rex haberet: neq3 ex natu ra, neq3 ex īstituto, sed aliūde sūpsere: ex quo aliud Catoni senatori & priuato, aliud Cęsari reru3 domino fuit more ho minū facile, possibile, honestū, & quę cū his ad numerātur. Rursus psonaꝶ alia diuina alia nō diuina: nā in psonaꝶ nu mero supos quoq3 locari uolumus: qñ qđ superum ope uel magis q hoīum cōsilio & opera resp. regat atq3 cōsistat. Ite3 alia psona pfana, alia sacra, alia publica erit alia priuata. In publicoꝶ numero nō capita sigula ciuiū psertī3 putātur sed īteger potius numerus quo magistratus cōtineat: magi-stratus uero aut ī unico aliquo cōsidebit: ut est sacerdos, pre tor, rex: aut īpluribus ut sūt triūuiri, collegiu3 epulonum

tribuni plebis, senatus: atq3 demu3 i iis i quib9 uniuersa ciuitas cōprehēdatur: in priuato℞ autē numero cōtinētur affines, cōiuncti, sodales, patroni, adde & architecti & oratores & iis similia & istis etiā cōtraria: ut fuus, ignotus, inimicus & talis locus plurimus est. Nō persequar omnia, tm̄ quę ad rem faciāt nō pretermittā: habet. n. locus ipē aliqd aliunde sumptu3 qđ cu3 loco ueniat, aliqd uero nō aliunde q̄ ab se, sed īnatu3 atq3 īsitū: ut sit capax, ut hac aut altera forma & qualitate preditus sit. Innatum dicimus esse loco qđ segregari non potest: ut uero sit publicus, priuatus, sacer & quę istis similia sunt aliunde iniunctu3 atq3 īpositu3 ē: amoueriq3 ista possunt, loci forma & natura nō mutatis aut uitiatis Reru3 autē notationes quę ad id dequo agimus accōmodantur sunt qb9 fit ut res altera ab altera differat: differt. n. res ab re multa ex parte his quib9 ab loco locus: sed precipue differt in iis quę quantitate & qualitate & huiusmodi annotantur. Causam esse hic apud nos interpretamur illud quod moneat, ut aliquid fiat, aliquid aggrediamur atq3 assequamur In rebus causa quę ab re alia fit prope habet quasi quanda3 necessitatem: ut cum ea res sit, procul dubio altera subsecutura sit: Sed animos nr̄os, mouēt cura & ratio tuēdi sui, met9, hōestatis, salutis, libertatis: cupiditas itē glorię, īperii, & rerum. Mouent etiam quę dolorem, indignationem, iras, odiaq3 concitant: uti sunt aliorum obtrectatio, emulatio, iniuria, & cętera generis eiusdem: quę molestiora sunt q̄ ut ea diutius perferenda censeas. Nec hic sum nescius causas apud philosophos esse quatuor: sed inter patres senatorios & multitudinem abunde ista sunt: philosophos tamen nō aspernamur. Tempus triplex est ante q̄ agas quid: dunq3 id agatur: & re ia3 perfecta atq3 absoluta. Fit etiam ut apud multitudinem tempora notentur ex iis quę non sunt penitus temporis, uti cu3 dicunt: Syllę tempora duriora fuisse q̄ Marii & bellorum tempora plena esse solicitudinum: quę

omnia eo dicta sunt, ꝗ uelint motum atq; statum quendã rerum annotare quę id tempus tulerit. Modus tamen & si potissimum esse uideatur rerum agendarum ordo: habet tamen aliquid in se quod plus importet: nam in ordine illud attenditur ut hoc fiat prius, illud simul, aliud posterius: in modo autem rebus adhibendo pensabitur: ut nequid excedat aut desit: ut etiam nihil fiat non attemperate & aptũ ad rem. Itaq; hęc sunt quę ad causas senatorias faciũt. Triuia Persuasionum loci, & Adiunctiones, ex quibus uaria, & multiplex, & prompta, & facilis argumentorum ratio subministratur: hunc in modum combinabimus atq; comparabimus altera alteris, & sui generis, & non sui generis: singularũq; partibus repetitis ac pēsitatis aptiora & quę pulcherrime faciant ad rem seligemus: nam siquid forte īcidat ut disceptetur armane capiēda sint: Iugabim⁹ Triuia Triuiis sic Pēsitabimus. s. lege ne aliqua hoc uetemur: an sit ex lege qđ iubeat: hoc ē ex ratiōe uitę bñdegēdę. Meritis ne aut bonoꝶ aut maloꝶ sic fiat satis. Cōmunibus ne rebus amicoꝶ & confederationum ista conueniant. Pensitabimus etiam facultates publicas & copiam earum rerum quę usui futura sunt, & priscos maiorum mores atq; ritus, bonorumq; consensum ex hisq; combinationibus & pensitationibus quo pacto argumẽta eliciant̃ nō est ꝗ ꝓsequar: nã illa qđ se se ultro proferent: & qđ ualeāt clare atq; dilucide ostentabũt. ut quiuis ingenio uel mediocri bellissime sibi commodissima possit desummere. Copulabimus etiã Triuiis locos persuasionum: & pensitabimus quid partibus & membris cuiusq; conducat. Pensitabimus etiam futurũne ullo pacto sit: ut spretis armis incommoda quę inmineant cessare possint: urgeatne quippiã ut non sine armis tuti esse possimus: facultateinne arma prębeant: ut leui labore quę instituerimus ꝑficiamus: sitne etiã in armis ipsis quidem positum id quod conferat, corro

boret, conseruet imperii maiestatem, decus, religionem: qđ gaudia, expectationes, uoluptatesq; ciuiũ augeat, atq; con firmet: reddat ne aptiora & faciliora quę posthac usui futu ra sunt: & huiusmodi alternis cõbinationibus mirabere quã taʒ uiʒ argumẽtoruʒ offẽdas. Copulabis itidẽ Adiuctiões cũ Triuiis: tũ ẽt locis ꝑsuasionũ: tũ etiã sui ordinis cęteris adiũ ctionib9. Pensitabimus. n. arma ne ꝑ hos dies solemnes cape re honestũ sit. Famã nominis ne & posteritatem lęsura sint. Detrimẽto ne futura sit, legib9, cẽsib9, amicitiis publicis, si collectitia seruoꝶ manu ꝑserti leui hac suspitionũ cã moti sũpserim9: & eiusmodi ĩ quib9 collatõib9 & disqsitõib9 sẽper oĩa ad remp. referẽda sũt: & qđ egregie explicabit argumẽ ta erit si cõparationibus annotabimus singula: qd ea qdem ĩter se similitudine aut dissimilitudine cõueniant: Siue pensi tabimus ĩ partibus singuloꝶ quidnã habeat quodqʒ: qdue ad eas res ꝑfruẽdas, aut ꝑferẽdas ualeãt quę animũ ĩ hãc aut ĩ alteram sententiã possint trahere.



Leonis Baptistę Alberti Canis.


Rat in more apud maiores nostros uiros omni bonarum artium cognitione & imprimis disciplina morum sanctissimoru3 & religione prestantissimos, ut bene meritos ciues laudibus prosequerentur: clarorumq; uirorum nomina litteris, & quoad in se esset imortalitati, summo studio omniq; industria commendarent. Id illos ita consueuisse possumus interpretari: partim ut referendis premiis equitate & iustitia uterentur, cui uirtuti penitus erant dediti: partim ut iuuenes studiosos ad uirtutis cultum, quo patrię utiles & celebres eo pacto apud posteros redderētur uehementius illicerent, & confirmarent: partim etiam ut otiu3 quo fortassis abūdabāt in eo collaudandi munere omnibus grato atq; accepto consumerent. Tantū q; apud eos & publice & priuate ualuit studium concelebrandę laudis hominum probatissimorum: ut non infuneribus modo (hac ętate inde acepta consuetudine ut fit) publicę laudationes haberentur, & litterarum monimentis mandarēt: uerum etiā eo processit res, ut nō contenti humanis laudibus atq; gestis, alii deos effecerint suis scriptis eos q uirtute effloruissent: alii preterea fictas & nulla ex pte credendas fabulas ad uirtutis illecebras accomodarint. Hinc Athenis multę a rhetoribus funebres actę orationes. Hinc apud nostros a simili quoq; p id tēpus uulgata cōsuetudine sūpta licētia extitit, ut nō modo ciues optime de rep. meritos p officio dicēdo ornarīt: uerū etiā suos domesticos priuati ciues publica ī cōcione collaudarit. Et.n. (ut cęteros omitta3) Marcū qd Antoniū suaui oratione collaudasse matrē in funer, & Fabiū Maximū de filii laudib9 funebrē habuisse orationē ferūt. Ab hacq; deniq; cōsuetudīe Hercules deus, Hydra bellua lernę, & eiusmodi mōstra, quę ab re esset & plixū psequ emanarunt. At nobis p istos ęstiuos calores otiosis

cuꝫ ip̄a se se & si acerba occasio obtulisset: ut meo mihi admo dū ināto aliq̄d cōtinuo agēdi aut scriptitādi desiderio hone stissime & pene coactus satisfacere. Quid iaꝫ est q̄d prompti us exequar? Q̄ ut in ea re exercear: in qua officio & (ni fal lor) minime improbando desiderio meo cōferā. Et. n. cum intelligam ita esse ab optima natura ipsa cōparatū: ut uirtute īsignes & eos maxime quib⁹ cari & cōmendati fuerimus im primis diligamus: p̄ter pietatem uisum est: si hoc amoris of ficium q̄d defuncto Cani meo canum omniū optimo & mei amātissimo debeo, denegarim. Nam si bonos omniū cōsēsu iuste & pie quasi uirtutū suaꝝ obseruatores & testificatores nimirum laudamus: quāto hoc cōmodius & decentius a me fiet, qui laudare instituerim hunc quem apud me educatū & optimis per me disciplinis instructum adunguem norim. Qua in re tantam cuperem quidem esse in me dicendi faculta tem: ut hac ipsa in funebri oratione maximas illius & incre dibiles laudes pro legentium expectatione satis possem recē sere. Nam in ea re quā me acturum prestem: siquid defecerī, ridiculus sim. Sed hoc ad scribendum audentius aggredior: q̄ illius uirtus quę iam usqꝫ uniuersis orbis terrarum genti bus explorata fuit & cognita ex se tanta est, ut cum eloquen tię ornamētis minime indigeat: tum esse illam nobis amplam & rerum dignitate ac uarietate elegantem ornatamqꝫ oratio nem sumministraturam non diffidam. Describam igitur bre uiter uitā & mores canis mei: ut qui legerint neqꝫ ꝓlixitate orationis in fastidium incidant: neqꝫ nos nimium curiosos & exactos laudatores fuisse iudicent: ac futurū quidem non ue reor: quin canem ipsum laude dignissimum, & in eo laudā do me officium secutum affirment. Tum sibi ad uolptatem animi & ad mores bonos plurima apud nos adinuenisse (ni fallor) admonimenta non negent, quę cum laude sequan tur & cōdigne imitētur. ¶ Et. n. ortus est Canis noster parē tibus nobilissimis patre Megastomo cuius in familia uetustis

ſima pene innumerabiles clariſſimi principes extitere: ut inter ipſos aliqui ob uirtutem in numero ſint deoru3 apud priſcas illas ſapientiſſimas ęgyptiorum gentes habiti: qualem ętate hac noſtra medium inter aſtra fulgentiſſima ex eo genere quēdam uagari canem qui ſyderum motus & curſus nō ignorant, omnes profitentur. Matrem autem habuit pietate inſignem ex eadem clariſſima & ampliſſima familia orta3 quę cum uirtute, & animi robore, & preſtantia, atq3 uiribus, tum fide, beniuolentia, pietate, obſeruātiaq3 in eos a q bus ſe liberalitate & benefitiis adiutos ſenſerīt ipſos longe homines exuperarunt. Ac prolixum quidem eſſet maiorum ſuorum omnium facta dictaq3 memoratu digniſſima recenſere. Sed hic iuuabit aliqua eorum geſta enumeraſſe: quo ītelligamus hunc noſtrum a priſtina ſuorum probitate & uirtute minime degeneraſſe. Itaq3 inter proauos familię canum memorię traditum eſt, nonnullos tanta animi fortitudine preditos extitiſſe: ut neq3 leonem q̄uis acerrimum & ferociſſimu3, neq3 elephantum maximam & ualentiſſimam belluarum in duellum petere recuſarint. Quo ex omni fortiſſimorum canum numero cum cęteri plures, tum imprimis duo apud Hiaroti3 Indoꝝ fluuiu3 orti q prius ſub rege Albanorum mox ſub Alexandro macedone meruere celebres & notiſſimi ſūt: quos ferūt cu3 elephātum aut quāuis belluā morſu cōprehēdiſſēt, niſi ea prius cōfecta neq3 igni, neq3 ferro, ab ſuſcepta dimicatione & uictoria uſpiam potuiſſe auelli. Quanta autem huiuſmodi fortiſſimorum canum extiterit copia, hinc uel maxime perſpici poteſt: ꝙ Caramantum regē ſuis auſpiciis & armis ab exilio ī regnū reſtituerūt: Colophonioſq; & Caſtabalēſes nullis ſtipēdiis acceptis, nullaq3 alia ſpe lucri ꝓpoſita, ſola beniuolentia ducti primas acies agēdo, & hoſtē cedēdo ſępe a populationib⁹ ḡuiſſimis & īminēti ſeruitute uīdicarūt. Fuere igit̄ & ꝑduellionib⁹ & ſtructa in acie ferociſſimi, atq3 (qđ raro hac ętate euenit: ut armis

fidentes iustitiam & pietatem colant) in hac nobili canũ fa milia sempiterne ad hanc usq; diem humanitas / fides / & re ferendę gratię studium uiguit / non minusq̃ fortitudo. In credibile dictu est / q̃ illi quidem in seruanda fide perpetuo fuerint religiosissimi. Aratus Sycionius uir & domi & bel lo clarissimus capto Acrocorintho fortissimo prouincię adi tu a quo pene omnis patrię salus pendebat: arcez eius loci nõ fidissimis amicis magis q̃ canibus quinquagintat uendam cõ mendauit / quam illi quidem diligentissimis diu noctuq; ex cubiis peractis seruarunt: tantamq; quo quo se loci recepe rint omnium gentium in se gratiam & beniuolentiam opti me agendo / semper assecuti sunt: ut cęteri pleriq; atq; in pri mis Xantipes priscus defunctos canes q̃ bene essent meriti / publica impensa honeste humandos censuerit: cuidamq; cu ius fidem & amoris constantiam Salamine & in omni sua ex peditione esset expertus in arce apud Athenas sepulchrum q̃ honorificentissime posuit: locunq; nomini eius dicauit q. Cynotaphiuz nuncuparetur. Quid clarissimo illi fecisset Xã tipes cani? Qui Sparguz puerũ cui postea Cyro nomen fuit crudeliter expositum cũ inuenisset / motus pietate cęteris su is posthabitis rebus summa solicitudine & inextimabili qua dam charitate tutatus est. Quiue (quod incredibile dictu est) quot & q̃ maximas atq; atrocissimas in seruando puero contra uoraces lupos & istiusmodi fame seuientes feras fortis sime illatis acceptisq; uulneribus dimicationes ĩierit. Sed ne pietate quidez huic is inferior canis fuit / qui duz a perempti amici cadauere exposito uolucres & feras arcendo persiste ret / p̱ sitim & famem atqz laborem defecerit. Adde his & il lum qui Appio Iunio & P. Silio cons. Romę nulla alia san ctiori necessitudine deuinctus / nisi q̃ per domestice fortas sis conuiuere / domunqz nonnunq̃ ex mediis nemoribus rap tas ad eum cęnas conferre consuesset / familiarem suum homi nem quẽdam tanto officio prosecutus est: ut aduersa & cala

mitosa fortuna collapsum ne defunctum quidem deseruerit Nam & si egenus canis ipse ac pro querendo sibi uictu nequicq̄ esset otiosus: tamen apud familiarez suū carcere publico detentum se se comitem habebat assiduum: ab aliisq3 amicis rogatum cibum ad miserum hunc hominem in dies deferebat: atq3 cu3 miser ille poenas Germanico principi, a quo detineretur persoluisset: in Tyberi3 eiectum cadauer substentando summo suo cum periculo adnatauit. Verum enim si quis uelit canum omnium pietatem & fidem prosequi, tanta & tam multa eorum uirtutis exempla ab optimis authoribus memorie prodita inueniet: ut quiduis facilius eum posse existimem, q̄ eadem omnia unum in locu3 collecta redigere Que res cum ita sit: nos breuitatis gratia maiorum huius familie laudes pretermittemus: atq3 id quidem ita agemus, uel ꝙ de huius nostri Canis laudibus nimium multa & elegantissima ad dicendum suppeditent: uel ꝙ non eo me ingenio preditum sentiam: ut illorum superiorum preclarissima gesta pro dignitate quea3 recensere: uel ꝙ fortassis quibusdam qui potissimum Canis nostri egregias laudes expectant: ab re esse maioru3 hec commemoratio uideatur: Preter duos igitur in amicitia singulares qui mihi occurrunt & quos ob facti admirationem minime pretermittēdos duco, ceteros omittem⁹. Nō inter hos q̄dem illos cōmemoro quoꝝ unus ī Epiro amici sui ꝑemptorē nulla homicide arma aut minas ueritus ꝑsēti animo & acri latratu ac laniatu in coetu hoīu3 prodidit. Quoꝝ ue alter pari animi fiducia Ganictoris filios Hesiodi occisores indicauit. Neq3 eū q sacrilegū a templo Esculapii sectando obuiis peregrināribus gestu & nutu monstrauit. Eūq3 missū facio canē q ad R. ciuē bello ciuili ꝓstratu3 adstitit cōtra ꝓstrati inimicos belligerās tātis uirib⁹ ut inimici armati non nisi prius īterfecto cane abscidere ꝓstrati caput potuerit. Sed hos igit̄ missos facio eosq3 admirabimur: quoru3 unus Lisimaco regi amicissim⁹ cū amicu3 e uita exisse atq3

in rogū eius corpus delatum ītueretur: pre amici desiderio ut quē in uita āplius nō esset cōspecturus morte celebri cōseque reť, sese medias īter flāmas funeris īiecit. Alter amici cuiusdā īterfecti cui nomen Iasoni Licio fuerat tā acerbissime mōte3 tulit: ut p̄ animi dolore cibū abhorrēs īedia decesserit. Huiusmodi igiť maiores aui & auorū ꝓaui hac ī familia generosissima fuere fortissimi, sāctissimi, piissimiqꝫ. Quos profecto Canis hic noster đ quo agim⁹ omni pietatis modestięqꝫ officio maxime imitatus est: nulliqꝫ ꝓ uirib⁹ fuit fortitudinis gloria secūdus. Que3 cū natura pusillū & ad ferēdū īmanissimi & p̄potētis hostis alicuius īpetū haud satis firmū genuisset: tñ (qđ suę fuere ptes) animo ad rē militarē adeo fuit acri & bellicoso, ut maiores sępe belluas ꝓuocatus & īiuriis lacessitus petierit. Qua ī re cu3 semꝑ maluerit īꝑatoris laudib⁹ q̄ militis uirtute p̄staŕ: idcirco nō manus tm̄ cōserēdi cupidus sed īgētis glorię īprimis desiderio flagrās, qđcūqꝫ ī optimis īperatorib⁹ laudi dari animaduertisset ī se recepit. A Fabio n. Maximo maturā illā & prudētissimā cūctādi & cōtinendi militis rationē & cautionē īsidiaꝝ: a Marcello & Scipionibus ui3 & īpetū audēdi & cōgrediēdi, a. C. Cęsare atqꝫ ab Alexādro firmitudinē & ꝑseuerātiā certādi, ab Hannibale astū & fallēdi hostis īgeniū & ꝑspicacia3: ac deniq3 ne ī his lōgius uager a singlis ꝓbatissimis īꝑatorib⁹ sigulas deiceps qb⁹ claruerit uirtutes mihi hac adhibita moderatione desūpsisse uisus est: ut neqꝫ in eo laudē poneret, ꝙ ualidissimū aliquē & efferatū hostē manu armisq3, neq3 ꝙ ꝑfidia & uersutiis fallaces & fedifragos exuparit: s3 ꝙ acres & feroces fortitudine ac uincēdi ratione & cōsilio ātecesserit, id sibi ad officiū adscribebaŕ: suasq3 esse partes arbitrabať ꝑpeti nūq̄ ut laboris aut īcōmodi atq3 periculi metu subiisse turpitudinē aliquā uideretur. Ac pro uirib⁹ operā dabat, ut laudē & gloriam clarissimis & dignissimis facinorib⁹ ꝑ meruisse apte iudicareť: tātaq3 ī cęteris reb⁹ fuit abstinētia & ęquitate, ut non

nisi ꝑ iustitia & honestate dimicādū uspiam duxerit: ac ꝑ
iustitia qđ & libertate tuenda nullū unq̄ discrimen recusa/
uit: ꝑ nostrisq; subīde rebus seruandis fures q̄q̄ armatos, &
quosuis aduenas ignotos & audaces īsultare, ac strenue con
tra īfestissimos cōclamitare, ac dimicare nūq̄ ꝑtimuerit. Et
qđ pleriq; militaris discipline imperiti uituperant, experti
omnes cōprobā, nostri erat Canis īstitutū: inimicū sibi face/
re neminē quē uirib⁹ & fortune suffragiis superiorē ītuere/
tur. Si qui fortassis īsolētes & p̄potētes ad inimicitiā se se iniu
riis efferebāt: lenitate & placabilitate mites & mansuetos ita
reddebat: ut ī eo nihil assētādo, aut subsecundando humile
aut seruile fuisse accuses. Deniq; omni in certamine ratione,
q̄ uirib⁹, amicitia q̄ armis, rem conficere sēper studuit: ho
stenq; ut ꝑsequeretur, nisi fugientē nullis unq̄ artib⁹ ad/
duci potuit. Ex quo fiebat, ut mature consulendo semper
in tuto esset: et attemperate irrumpendo sepe maxima cum
gloria uictor ouans ad me congratulatum rediret. Posteaq̄
equos omnes, boues, hominesq; omnes fugientes Catonis
precepto clamoribus & uocib⁹, q̄ cedēdo, aut armis fugas/
set: tanta erat prosequendi arte & peritia, ut nusq̄ hostē abi
gēdo certationē sibi parasse iniquā penituerit. Itaq; sic a lo
cis, a temporibus, ab fortuna deniq; ipa prestitā laudis &
uictorie occasionem negligebat nūq̄. Ab duro aūt certami/
ne prudētia, nō pusillanimitate, aut uecordia aliqua p̄caue
bat: sempq;(qđ meo iudicio sapiēs qsq; debet) prudētiā q̄
uires, modestiāq; q̄ ullā apud se iactātiā, ualer ostētabat: tā
etsi qs fōtitudinē āteponat pietati, fidei, religioni: q̄s omnes
uirtutes esse iustitie partes commemorāt. Non ingrediar eā
disputationem eorū q dicūt apud quem una sit uirtus, eūdē
omnes alias habere uirtutes. Quid an non iustitia sit: Nos
ut hostes & amici simꝰ diligant? Fortitudone ut cū timeant
oderint? Fortes in castris intra armorum tumultus uersan/
tur in rapinis, incede (si recte interpretamur) cōsenescūt mi

litãdo: q̃ ĩ re una maxime fortitudini locus ẽ. Iusti ĩ laribus patriis & domesticis cum penatibus & charis ciuibus qetem tranquillitatemq3 colunt. Animi audacia & uiribus pacem & otium fortasse quęritat miles: per ęquitatem autem ac leges otio & pace ciues fruimur. Sed missam faciamus hanc de istiusmodi uirtutibus disputationem: siquidem non manus tantum, uerum & imprimis ipsum pectus fortitudinis sedem atq3 domicilium obtinet: ac ne in ferro quidem quantum in animi magnitudine & firmitate fortitudinis gloria collucescit. Ad re3 redeamus. Prudens idcirco nr̃ fuit Canis qui ab ineunte ętate spretis armis, spretisq3 istiusmodi (ut quidam fortassis extimant) furoris & inmanitatis artibus se se totum optimis & pacatissimis optimaru3 rerum studiis & disciplinis contulit. Nam cum me plurimum litteris delectari & a numero eorum q hac ętate mediocriter docti habentur nõ reiici atq3 secludi fortassis audisset: illico neglectis patriis & domesticis delitiis ad me animi diuitias rebus caducis pręferens atq3 ardua & rarissima expetens, concessit. Cuius ego indolẽ & decorẽ formę conspicatus nimirum amore erga illũ affici occepi: Quod ipsum Socrati (cum Alcibiade3 formosissimũ adoloscẽtẽ esset cõspicatus) accidisse referũt: & negasse Socratem (quoad ĩ se foret) passuru3, ut diuinę adolescẽtis pulchritudini cõdigni sãctissimi mores & uirtutes nõ adessẽt Erat autem Canis noster facie honesta & liberali, liniamentis iis a quibus Zeusis facile omnẽ pingendi uenustatem & gratiam, ut a uirginibus crotoniatibus sumpsit, excepisset: ore lęto, & Megastomo patri persimilis. At oculis pietatem atq3 modestiam matris, perq̃ belle gestiebat. Pectoris quidem amplitudine & cęterorum mmebrorum dignitate & specie maiorum suorum statuas pulcherrime repręsentabat. Quę omnia mirifice ac prope diuinitus ad admirabilẽ adolescẽtis pulchritudinem conuenientia inauditam & incredibilem ingenii & animi uim multo (ut erat) maximam exprimebant.

Nam eo fuit quidem singulari & diuino ingenio preditus ut liberales quidem apud me artes ingenuis canibus dignas inextimabili quadam discendi celeritate omnes parilis ętatis studiosos paucis diebus exuperans integre edidicerit. Memoria fuit maxima, ut quę semel memorię commendarit: nūq̄ effluxerint: semper ex tempore atq; impromptu affuerint. Neq; solum rerum quam in L. Lucullo fuisse maximam ferunt: sed & uerborum quam Hortensium amplissimam habuisse aiunt, memoriam habuit. Hinc mirum illud q̄ ne trimatu quidem exacto latinam grecanq; linguam ęque atq; hetruscam tenebat. Ingenio preterea fuit docili & uersatili & ad quamuis rem apto & ita accīcto, ut breui adiuncto studio cuiuis sese rei agendę aut arti dedisset, omnem in ea pristinam suam industriam & operam exposuisse diceres. Mente fuit cōstāti & minime leui aut uolubili: ut īterdū ī eo illud Catonis dcū3 subuererer: q̄ aiebat: odisse se puer̄ q̄ p̄coci eēt p̄dit⁹ sapientia. Sed in ea p̄maturitate nihil habebat morosi aut fastidiose graue. Ac nunq̄ in eo erudiēdo mihi molestu3 laborem aut stomachum esse suscipiendum sensi. Vita quidem & moribus ea fuit: quam omnes & beneuiuendi & probitatis se propositum habere exemplar faterentur atq; congratularentur. Accedebat eo, q̄ cum esset ī omni gestu et sermone modestus: tū & in omni reliqua uita p̄ter cęteros ut pecunię, sic uoluptatū omniū minime cupidus, maxime cōtem ptor & eē & hr̄i studiis oīb⁹ elaborabat: ueluti q̄ a me sępe auditū meminisset, pecunias a uulgo ītēperātiū & īperitor̄ tātope expeti: q̄ uni cui sint dediti uoluptati subministrēt: & ī quo hoīe lōge a uoluptate ad uirtutē pēdeat animus, nō ī eo istas opum diuitiarumq; flagrantes cadere cupiditates. Fuit igitur pecuniarum omnino grauis & sapiens asperna tor. Vna tantum uixit contentus ueste. Pes illi ut ęstate ita & bruma ad niues nudus. Somnos non delitię gratia osci tans: sed requiescendi necessitate sub dio quouis dabatur lo

co / modo non turpi atq; obscoeno (cum opus esset) capie-
bat / uini & pulmẽtorũ abstinentissimus. Itaq; in hoc nul-
la luxuries / nulli sumptus / nullum ęs alienum / nulla con
uiuiorum libido. Siquem oderat / coram accusabat: in absen-
tes minime unq̃ maledicus. Amicorum secreta nũq̃ prodi-
dit. Suo contentus / aliena appetiuit nũq̃. In omnes mitis /
affabilis: ad amicitias optimorũ pron9 & ꝓpẽsus: amicitiasq;
ipsas obseqis q̃ pollicitationib9 / re q̃ ostẽtatione inibat atq;
adaugebat. Amicitiãq; ꝑ uirtutẽ digni9 q̃ ꝑ emolumẽta ama
ri cupiebat. tñ dãdo q̃ accipiendo ĩ amorẽ ꝓgrediebat̃. Nul-
li grauis / nulli durus / p̃terq̃ q; ab obscoenis / impuris / ac de
sidiosis se se alienum & maxime segregatũ uolebat: quos q̃d
animi quadã generositate ferre nullo modo poterat: atq; im
primis eos omnes audaces q ĩiuriã ĩ quẽpiã ĩferrent Herculi
similis sũmo odio ꝑsequębat̃. Amicis meis oĩb9 obsequẽs / fe
stiuus / officios9 / obtẽperãs ut omnes facile illũ diligerẽt: &
optimã de eo spẽ susciperẽt. Creuit igitur una cũ fama & re
rũ notitia ãnos & hominũ de se opinionẽ superãs. Diẽ nul-
lam otiosã p̃teriit agẽdo / omnia cognitu dignissima ꝑscrut-
tando: difficillima / ardura / & laudatissima tẽtãdo / nũq̃ la-
borib9 aut uigiliis parcẽdo. Deniq; ut totũ hoc genus laudis
breuissime cõplectar: fuit hoc animi robore atq; uirtute pre
ditus: ut uoluptates ĩprimis omnes respuendas & asꝑnãdas
duceret: otio desidię / ludis / cõuiuiisq; / ĩgenuos labores cor
poris atq; animi cõtẽtionẽ ad gloria3 p̃ferret: ĩ omniq3 uitę
cursu ea minime esse expetẽda putaret quę essent a laude &
dignitate seiuncta: seq; natũ arbitrabatur nõ ad somnum &
delectationem: sed ad uirtutem / dignitatem / ad patrię decus
& ornamentum / ad studiosorum commoda / ad bonam gra
tiam / ad famam nominisq3 claritatẽ / & posteritate3 cõparã
da3. Hęc igitur illius fuere studia & uitę modus: quę quide3
quasi capita summanq3 gestorum suorum succincte & p̃sse
duxi esse recolligẽda. Nãq3 si p̃clara eius oĩa facinora ordine

uelim recensere grandis admodum a me foret & supra meas facultates longe mihi difficillimus susceptus labor. Siquidē is omni in laude consequenda studio / industria / opera / as/ siduitate / diligētia cuiuis p̄clarissimorum hominū concessit nūq̄: quin & cū integros dies ad laudem & gloriā summis laboribus & oībus uirib⁹ concessisset: noctu etiam interdum uarios canēdi modos aurib⁹ a cōcentu sperarꝝ orbis haustos (ne musicā spreuisse & oīo austerus uideretur) ad Lunam exprimebat. Hocq; eo studiosius agebat: q̄ me disputātem audierat a cognitione earꝝ rerꝝ oīumque turpitudine uacēt (modo maiora & digniora studia nō p̄termittāt) minime ab horrere ingenui ꝑpriū eē. Nā & q̄s ingenuū se & liberē edu catum audeat dicere: cum in equo indecenter sedeat: aut palestra turpiter labatur: aut ī armis tractādis rudis atq; pe nitus ignarus fuerit? Sed de his alias. Ad Canē nostrū redeo: qui q̄d quo a digno opere nullū uł minimū horę momētū uacaret: cū una mecū a cuius laterē nūq̄ discedebat: apud quē etiā omne tēpus ꝑditū arbitrabał: nisi q̄d discēdo cōsumeret/ ad gymnasiū & studiosorū (q̄d sępe fiebat) cōuētū proficisce batur/ is lętus & quasi ad expectatissimā uoluptatē acersitus p̄cedebat: & quo sibi alioꝝ uitā (ut aiūt) magistrā haberet: & optimos ac laudatissimos selectis spretisq; turpibus imi/ tari cōmodius posset: qcq̄d ubiq; digni ageretur/ quid q̄sq; obuius canis saperet doctrinarꝝ/ Achademiamne/ Stoicos/ an Peripateticos / an Epicureos oleret / sagaci industria scruta/ batur: ad meq; tantisper mores & īgeniū eoꝝ quos tractasset referebat. Bonos comiter cōsalutabat: segnes ac petulātes ca stigabat dictis. Deniq; semꝑ etiā īter eūdū erat ī officio & cul tu uirtutis. Cum autem ad gymnasia esset deuentum: discē di studio intra coronā disputātiū ęquuo & prono animo cūc tis eā rē ferētibus tacitus atq; attentissimus illud Pythagore obseruās q̄ taciturnitatē discipulis īperabat / se se mediū cō tinebat. Q̄ siquem insolētē ostentatorē ingenii sui dicaceq;

atq; nimium arrogantē & immodestum disputatorem offen disset: illico eius ineptias maximis īcrepationibus cohercebat Nolebat. n. eo in loco bonas illas horas male per temeritatem alicuiꝰ deperdi. Quibꝰ omnibꝰ ī rebꝰ q̄ assiduus, diligens ꝑ seuerásq; fuerit. Quid ego hoc loco īfinita eius exempla con numerē? Quo. n. studio, qbꝰ uigiliis ad disciplinas īcubue rit: testes sunt scolę litteratoꝝ ī qbus pſępius sūma cū audiē tiuȝ attētione maximis uocibus declamauit. Quo aūt moruȝ splēdore, qua facilitate, humanitate, affabilitate ornatꝰ fue rit: testes sunt grā & beniuolētia qua omnes ī illū erāt (duȝ uitā ageret) affecti. Testis & moeror funeris, lachrymę bo noꝝ, ac desiderium quo illū omniū ętatuȝ omnisq; fortunę homines defunctum prosecuti sunt. Q̄ᷓ postremo solida & perfecta & absoluta inter mortales uirtute fuerit: quos ego testes alios adducā: pręter authoritatē, famā, & nominis clari tatem quaȝ magnificis & innumerabilibus suis gestis uiuēs sibi ipse comparauit? Quod genus belli in quo non ipse sit cum laude uersatus? Maritimis contra anates atq; anseres pi ratas & fures aquaticos: Campestribus contra locustas orto rum uastatores: Murali contra lacertas alueorum & rerum pub. ꝑturbatores. Quibus omnibꝰ in rebus duȝ corona & tri umpho dignus putari q̄ cōsequi studuit: omnes eos qui aut in otio litterarum aut ī publico negotio cū laude & authori ritate fuere uersati gloria lōge & claritate āntecessit, ut cum in cęteris singulis singulas uirtutes singulari aliquo uitio comi te & coadiūcto fuisse cōperias: ī hoc uno oēs fuisse uirtutes accumulatas quouis uel minimo secluso uitio inuenias. Nō. n. cupidus ut Aristoteles quē hamo aureo apud inferos ꝓ pisce captum finxere. Non lasciuus ut Plato cuius de Stella suo amatorii uersus efferuntur. Non ambitiosus ut Cicero q̄ cum se se laudando pene defessus esset: alios per epistolam orauit, ut de laudibus suis librum conscriberent. Non cru delis ut Sylla qui tot ciuiū romanoruȝ milia mactari iussitꝰ.

Non legu3 & libertatis euersor, nō reip. occupator ut Cęsar Non mulierosus ut Cato qui sua ultima pene ętate scribę cu iusdam filiam amore captus uxorē petiit. Non cupidus ut Crassus qui omnium ditissimus falsa in dies testamenta adi-ret. Sed quid ego istos omnes ꝓsequar: aut istiusmodi cęte-ros apud hystorias celebres cum Cane nostro compare3? In illis maxīa uitia uirtuti applicata aut ad mediocrem probita te3 nulla reꝝ gestaru3 preclara monumēta adiecisse iuenies. In Cane aūt hoc nostro maximas & excellentes uirtutes, prę stātissimū ac pene diuinum ingeniū omni uel minima turpi tudine & obscoenitate uacuum fuisse quisq palam asseuerat. Quid ē qđ ī illo optes: aut nō lōge eū maxīs & illustrissimis ꝟtute uiris āteponas? Qui qđ sūma cū fortitudīe ītegrā iusti tiā, īcredibili cū animi magnitudine sīgularē pietatē & reli-gionē, diuina cū īgenii flexilis & uersatilis ui firmitudinem, & ꝑseuerātiā īcohataꝝ & īceptaꝝ reru3 uersuta & callida cu3 natura & mente simplicitatem, ac penitus innocuam uitę ra tionem, egregia cum grauitate ac seueritate mirifica3 huma nitatem ac misericordiam, facilitatem, affabilitatem, gran diq ac multicipli cum rerum usu & experientia integram, solidā, & absolutam sapientiam coniunctā habuit. Pro meo idcirco iusto dolore possem incusare fortunam quę optimu3 illū & sanctissimum nobis acerbo faro eripuerit. Satis qdem illę diu uixit (non nego) qui bene cum uirtute ad gloriam uixit. Cuperem tamen ab amicis illum & ab iis qui suis exem plis in dies meliores & eruditiores reddebantur, minus desi-derari. Et.n.quis non condoluerit: cum florida ętate prę-ter spē & expectationē oīum ab īuidis atq ocultis eū inimi cis ueneno ab sumptum meminerit? Quis non moerore affi-ciatur: cu3 coetus studiosoru3 eius interitu moestos ac tristes ītueat? Quis nō collugeat: cum memorię repetat illius moriē tis amore3 erga me. O noster igitur Canis, nostrę delitię decꝰ iuuētutis, splendor & ornamentum familię tuę, qui & for-

ma, & moribus, & uirtute, nobilissimam, uetustissimam, ornatissimamq; familiam tuam multo nobilitasti: ac longe celeberrimam effecisti. Qui iocus, & festiuitas esse nostra consueueras. Quem intuentes iucundum, facetum, ac lepidissimu; amoenitate, alacritate, hilaritate quadam afficiebantur. Tu cuius prçsentiam modestię, dignitatis, gratię, humanitatisq; refertam studiosi admirabantur. Cuius ingenium, doctrinam, uirtutesq;, spectando & animo repetendo omnes obstupescebant: suscepto ueneno ut quasi a cõplexu amici in longissimam alterius uitę peregrinationem discedens me reuisum atq; exosculatum moriens ueneno tabidus & cõfectus accessisti: atq; primo cõspectu conlachrymasti. Vale igitur mi Canis atq; esto (quantum in me sit) prout tua expetit uirtus) immortalis. Finis

Leo Baptista Albertus Francisco Marescalchio. S.

SIquis tibi amicus dono dederit poma Centum prçcoqua: an tu ea animo accipies ingrato? Quid item si qs rosas centum selectas & odoratas dederit: tametsi rosę multę undeuis tibi suppeditent: munus id ne tibi erit ingratu;? Ego tibi Apologos centu; mitto, non eos quidem eiusmodi ut ex aliqua Apologoru; multitudine optimos esse delectos dicas: sed tales ut eos ueluti nouos & prçmaturos ex nostris ortis litterariis fructus apud te fore acceptos non desperem. Qui si fortassis tibi subobscuriores aliquo in loco uidebuntur: dabis ueniam huic nostrę (cui uehementer studuim9) breuitati: siquidem (ut aiũt) ferme nusq̃ in dicendo fuit breuitas nõ obscura. Et Apologos q̃ breuissimos eẽ oportere cẽsui: sed cum ita perbreues sint, ut si eos iterum atq; iterum relegas non multum tedii afferant: peto abste ne dedignere paulo adhibito studio eos uelle cognoscere, qui quidem cogniti ut arbitror delectabunt. Vale.

Leo. bap. Alber. Aesopo scriptori uetustissimo. S.

QVm Latinos tuum ingeniũ in scribendis fabulis maiorem in modum admirari, atq; te merito diuinum p̃dicare intelligerem: ego q̃ hos centum Apologos (iuro tibi per sanctissimum nomen posteritatis) paucis admodum diebus edidissem, tuum (quid de ea re censeas) iudicium intelligere uehementer optabam. Quęso dic quid sentias. Vale.

Aesopus Leoni Baptistę Alberto. S. P. D.

QVi dixerit apud Italos non esse ingenia quantum uidere licet, fallitur: fateor tamen eam ingenii gloriam paucis mortalibus obtigisse. Te uero (& si ridiculus sis) nõ iniuria tui diligerent: sed inuidi sunt. Vale.



Leonis Baptistę Alberti Apologi.

AEgre ferebat Pila cędi alapis peruoluiq; luto & nullo posse loco cõsistere: Incudini contra subsidere continuis ictibus acerbum erat: Cu; homine idcirco eger̃: ut postq̃ esset huiusmodi reb⁹ uelu ti deus qui uarias posset elargiri formas. Incudem in Pilam Pilamq; in Incudem uerteret. Mores inquit homo uobis non conueniunt. Sed (si iuuat) ex Incude ligones, rastros, atq; bidentes efficiam. Malo inquit illa pristinam amplitudinem & grauitatem seruare: ac tibi quidẽ Pilę consulo: malis puolãdo atq; psiliẽdo hoĩes in ludo & admiratione tui detinere, & esse quod sis. ¶ Lilii flos perterritus & pallẽs dum propinquus fõs ad se esset deriuatus, pristinam suam grauitatem ad omnes tumidiores undas (cum ad se applicuissent) consalutandas conuerterat: quoad undarum appulsu procidit. Seruasset ille quidem salutem si non dignitatem abiecisset. ¶ Saliunca herba medio in torrente constituta omnes uel leuissimas quę undis perlaberentur paleas ad se detinere percupida erat: palearum aceruo coacto obruta est.

¶ Stella superba extra ordinem admirationem sui prębere desiderans in medio itinere cum seorsu3 a cęteris dilaberetur extincta est. ¶ Canis cum Tauro dimicaturus uictoria3 spe rabat: ꝙ aduersario dentes superiores deessent: at cornibus Tauri saucius, nō isthuc inquit putassem. ¶ Bos cornupeta dum sibi cornua exsecarentur huiusmodi conuitia in eam cui esset alligatus arborem coniiciebat. Ego te supina3 per uicos trahā: cui Arbos. At interim secabere, respondebat. ¶ Offi cina admirata quęsierat, unde tantū folles spiritum possent effundere: respondere. Suppeditat quidem unde rapiamus ¶ Tineā ꝙ rostro crepitum asserem corrodendo ederet se ex ciconiarū esse gnr̄e gloriantē Muscula irridebat: seq3 ꝙ ethe re peruolaret Phaetontis filiam prędicabat. ¶ Vrsus cum fruticis ramos diffregisset Trunco dicenti, ergo qui esca3 prę buimus hanc abs te beneficii gratiam suscepimus: & qdna3 in reliquum annum tibi nobiscum erit ut agas? Respondit ut dilacerem atq3 radicitus euellam. ¶ Inuidus a se primo inuentum ignem sinu suo contegebat: atq3 omnes eam rem latere optabat: at ignis ustis uestib9 in mediū excidit. ¶ Lū bricus a Centipede quęsierat uti duos sibi elargiretur pedes: cui inquit illę ex duobus quę habes, unum mihi caput dato. ¶ Ambitiosus ęgreferēs ꝙ imago sua se e speculo non salu tasset, primo perturbari iracundia occoeperat: dehinc de spicere: cunq3 ęque simulacrum responderet irrisit atq3 ꝑ fregit. Posthac indoluit, se ex uno plures effecisse irrisores ¶ Naufragus Oceano uelut raptori diem dixerat atq3 conui cerat. Veni inqt Oceanus, non enim impediam quominus tua ut uoles, recuperes. ¶ Castanea cū suspirio maximo emis so ex igne ī mediā aulā ꝓsilisset: nō poterā īquit tot animi ęstus diuitius perferre. ¶ Multitudo remoru3 a Temone grauiter dissidebat: atq3 illu3 ꝙ esset solus & pusillus cōtēne bat. Temo ea re naui3 ad scopulū ita direxit: ut altero ab late re om̄s qui ibi aderant remi abstergerētur atq3 dissiparētur

¶ Sol ex Calice uitreo pleno aqua Irim in Ara pinxerat: id sibi opus Aqua ad gloriam adscribebat. Calix contra, ni perlucidus essem atque nitidissimus inquit non extaret. Hęc audiens Ara secum ipsa tacita gloriam sibi illam inherere plurimum gaudebat ¶ Vrna dum plena fuerat perocclusо & conticenti ore steterat: nunc uacua reddita, ore apertissimo omnes ad se euntes increpabat. ¶ Fistula pulueribus obturata nos (inquit) poete saturi non canimus. ¶ Liber ī quo omnis ars libraria esset perscripta Opem petebat ne a Sorice abroderetur irrisit Sorex. ¶ Canis uenaticus cathena abligatus cum uideret alios canes inutiles solutos uagari & ludere: Ita ne inquit esse inertes pręstat? ¶ Candelabra aurea & pretiosissimis gēmis ornata demirabantur quidnā esset, q Simulacrum ligneum putridum atque in eam diem inuisum modo p̄ se adoraretur: respondit Simulacrū personam dei gerimus. ¶ Imperator sagittā qua rex hostium ictus ceciderat, q̄ honorificentissime in templo collocarat: ingemuit Arcus q q facinoris maxima fuisset causa, inglorius p̄teriretur. ¶ Vermis Nucem in qua esset ortus corrodebat. O igitur ingrate dixit Nux: mihi neque te(ut esses)effeci, non desines pestem inferre? Respondit uermis: si genuisti ut inedia peream iniuria est. ¶ Apud uirgines uestales Olęum querebatur q nū q̄ ab Igne quem tot annos summa sua cum calamitate nutrierat gratię dictę fuerint. Respondit Ignis: sit pręmium tibi q in templo potiusq̄ in taberna pereas. ¶ Claudus quidam pedē sibi ut ęquius pergeret, ex ea parte qua esset prelōgus abscidi passus est: quo absciso resupinus plorabat: se ad pergendum omnino inualidum esse redditum. ¶ Vmbra hominis ut esset maior, Solis occasum optabat: eadem cum sibi una cum Sole ipso pereundum esse intelligeret, Solem in altissimo coeli gradu uidere frusta desiderabat. ¶ Simulacrum Zeusis dicebat emptori, optimus me pictor genuit. Equidem (inquit emptor) non te luto delibutum emam. ¶ Cum spino

ſum aſperum & intractabilem Aſparagum ruſticus intue/
retur quem mitem & tenerum adoleſcētem uidiſſet / atq; ad
miraretur: nimirum inquit Aſparagus maioribus meis per/
ſimilis euaſi. ¶ Fuligo & Cinis Fumo abeunti heus frater
dicebāt nos relinq̄s miſeros: his dixit Fumus: quid mihi uo
biſcum negotii eſt? Vos tardi inertes atq; inter uos minime
cōuenientes torpeſcitis: ego coelos peto. ¶ Samiuʒ uas pro/
iectum ex pauimento abacos aureos atq; argentos reſpectās/
at inquit nonnunq̄ ueſtri fui conſcius. Reſpondere / quidni
& eris quidem: ſi rhodium aut falernum uinum attuleris.
¶ Cipreſtes orologii inuentor cum in rota minimum quē/
dam dentem caſtigaret atq; rogaret / quid ita contumax in/
heſiſſet / totiuſq; operis curſuʒ detinuiſſet: reſpondit ne in/
ers pondus perpendiculi tantarum ſibi rerum gloriam uen/
dicaret. ¶ Cum Argonauta ſaluis rebus maximo cum lu/
cro ī portum rediſſet / Neptunno percommode habita na/
uigatione inſigne aliquid dedicare conſtituerat: ea re hinc
malus nauis / hinc & anchorę / illinc rudentes / ut ſe eo pac/
to honeſtaret / petebant: at inquit Argonauta temonē expo/
nere expedit / q; minoris conſtet. ¶ Linteum a manu roga
tum quid eſſet / cur quod modo uel paululuʒ contactum la/
chrymas inmodicas effundebat / nunc tam acriter intortuʒ
atq; percuſſum nullas emitteret lachrymas? Reſpondit pre/
ambūdabā humore. ¶ Corylus ab Olea rogata quādo ne eſ
ſet fructum editura quę bruma floreſceret / reſpondit cum
dabitur tempus. ¶ Agaſo quidnam inquit o Aſine non
ęque alios atq; homines impetis? Non illi quidem cederent
reſpondit. ¶ Rogarat. Tuba ab dea Echo: cum ſemper fue
ris procax / quid non iam tonitrus reſpōdes? Dixit dea Ioue
irato ſilendum eſt. ¶ Fungus heus dixit o Iunipere audio
multos te iam ſoles uidiſſe / & uſq; acerbas baccas habes: quā
done igitur matureſcent? O dulciſſime īquit Iuniperus tar/
dus ſum: idcirco poſt quatriduum reſponſum dabo. ¶ Vr

tica ad Papauer huiusmodi habuit uerba: & quidnam est q̄ obrem omni reliquo orto uirenti ac lętissimo solum tu hone stissimo in loco cōstitutum insigni corona & balteo donatū ita metu subpalleas & moerore languescas? Mihi quidem istęc uita ignobili & exosę atq3 uix inter rudera relictę con/ deceret. O me inquit miserū Papauer / quę mihi intima sunt uobis ignota discrimina. Tu ꝙ intractabilis sis atq3 omnes mordere didiceris: facile tibi uiuis ac ipsam te omni ab imbre substentas: ego uero ꝙ ad obsequium pronu3 facile in quā/ uis partem pendere didici / ad eam amplitudinem deueni: ut omnis mihi uel leuissima aura precipitiū minitet. ¶ Vir go cum sorbum morderet: rogauit quanam de causa id ita ageret: ut cum aspectu dulcissimum esset / gustu tam fuisset asperum: nunc autem cum aspectu tam esset indecoro / tam esset tamen dulce redditum? Respondit / & quid tu utrum ne uenustatem cum maturitate conguere facile existimas? ¶ Mercator cu3 per hyemē domū rediisset: ex Rosetis quę uere nouo tantā pre se spe3 multorum & optimoru3 fructuū florescendo prebuerant / stuppeas & inutiles baccas excipi/ ens ingemuit / ac demirans tanta ex florum suauitate īsuauis simos fructus extare rogauit: quid ita accidisset. Respondere Roseta omnes in florum gloria diuitias consūpsimus. ¶ In corona Adriani Adamas & Carbunculus omniū pretiosissi mi lapides apud Vnione3 constitui recusarunt: ꝙ illius am plitudo sibi esset dignitatis speciem detractura: data i dcir/ co potestate / ut quo uellent in coronę gradu residerent: in ter minores atq3 uiliores tota corona lustrata reqeuer̄. ¶ Ca nis helluo feruentis [illegible]as uorauerat: ob eam rem effectus ra/ bidus aquas mord[illegible]at. Si mecum certas inquit Aqua defati gaber̄. ¶ Negauit Sal easdē cū glacie sedes uelle ihabitare: tametsi essent eadem matre orti: neq3. n. se cōmissurū dixit: ut illi9 iconstātia & mollities pestem sibi afferre ullam posset

¶ Vulpes dum a Laqueo qui se impeditam & arctissime obli gatam detinebat: sũmis precibus frustra orasset: uti se solutam & missam faceret: tandem id sibi re integra licere negãtem Laqueum dentibus rupit: O me idcirco inquit Laqueus infelicẽ qui animi mei flexibilitate adductus ita orari me passus sum: ut & durum & iniustum esse me mihi necessitas fuerit. Itaq obsequii nostri pręmium interitus est. ¶ Cornix in dorsum cuiusdam Porci unguibus assistens atq omnes circum arbo res respectans quonam prędam hanc deferam uociferabat. Huc dixit Quercus ad me si libet: nam fide optima seruabo. Recte sane inquit illa: uerum autem meditabar quinam pos/sem pondus hoc inmane uiribus meis tollere. Istuc igitur in qt Porcus alibi cõsilium cape: atq excussa aur̃ irrisit. ¶ Sto lidus a Succino lapide quęsierat: unde ne in eam uermis aditũ habuisset. At tu ĩquit gẽma quã ĩ te habes stultitiã illã unde accepisti? ¶ Puer argẽteum Mercuriolũ & octo syri ligneum Priapũ una p pontẽ quẽdã deferebãt: quo(dum illi ptrãsirẽt) perfracto Mercurius profundum fluuii petiit: Priapus au/tem ex aquis extabat. An non igitur inquit sacerdos hoc in/credibile uisu est: ut qui tam erat in terris grauis deus: idem iam sit in aqua leuissimus? Respondit Fluuius: an tu homo in affluenti atq (ut ita loquar) in arida fortuna eundem te futurum putas? ¶ Rotę currus Neptũni ceruleos illos pul/cherrimos dei equos amare perdite occeperant: atq ideo quo fugitis uehememter sectando acclamabant: non inquiunt illi fugimus sed uos trahimus. ¶ Puella a Sulphure quęsie/rat quidnam esset rei / cur tanta sibi esset cum Igne amicitia / qui quidem Sulphuris calamitate exultet. Caue inquit Ignis re/spondeas / ni puella hęc prius edixerit: quidnam causę sit / q qui illam perdite amet / is tam inhumaniter atq impie trac tetur. ¶ Stupę prius neglectę dum maximopere fatiscente naui disquirerentur / uindictę gratia latitabant / atq inter se dictitabant: indignum esse cum tantam nauigio opem & salu

tem afferent: ignobiles tamen atq reiectę semper pręterq̃ in necessitatibus haberentur: At inter illas quę prudẽtiores ad rant: ni succurrimus inquit, una cum tota naui peribim⁹.

¶ Capra tonstrinam taberna3 ingressa Gallo ut barba3 tõdi sineret suadebat: i tua hoc inquit Gallus tondenda barba (qđ sine ꝑiculo fiet) exerceto. ¶ Tam ampli (inquit Anser) pedes nobis ut leuissimum caput substentent adsunt, tũ Pedes dixere: an tu ignoras, nusq̃ esse firmitudinẽ pedum optã dã magis q̃ ubi leuitas capitis adsit? ¶ Exposcẽte Orichalco ut auri loco haberetur: an tu inquit Argẽtarius hanc uim ignis ꝑferes, quã sępius aurum subit? Non tãti apud me est (inquit Orichalcũ) esse in pretio. ¶ Puer cũ radios Solis am plexib⁹ prehẽdere neq̃sset: obcludere inter uolas manus eos elaborabat: ĩquit Vmbra desine inepte nã res diuinę carcere mortali nusq̃ detinẽtur. ¶ Cespitibus duob⁹ Vndas riuuli rogantibus quonã ita ꝓpere proficiscerentur, respoderunt Vndę: ea se loca petere ubi sint futurę maximę & sapientissimę: alter igitur ex iis q cupiditate illius glorię incensi Cespites se se inter undas dederãt interpellatus a salebris riuuli: cũ primum intellexit ĩpedimẽta oĩa sibi esse dimittenda: hesit loco. Alter aũt nudatis radicibus Vndas comitat⁹ est: multis acceptis incõmodis tandem pigui in solo relictus in grande3 & celebrem syluam excreuit. ¶ Venator inquit o perfide q tantam hui hui dudu3 misericordiam canes demirans toto ęthere gestiebas: qd nũc tam repente mactatę predę eiecta uiscera diripuisti? Equidẽ id inquit Miluus ita agebã: ut illa se se fidei meę credere & inter ungues meas aduolare auderẽt. ¶ Simia Carbone3 tractãs o te inquit miseru3 quẽ messes & nemora lucidissimum uti audio pertimuere: ut nunc es ater atq torpens: quinimo inquit Carbo iam sum felix nam illa ignis pestis consumpsisset me, ni abiecissem. ¶ Philosophus panem in medio furno ad firmitatem & uigore3 ipsũ se corroborãtem & ad furni os ouu3 desudantẽ atq amictus suos sibi dilacerante3 ĩtuens, iquit. En quãti ĩterest in negotio ui-

tam an in otio ducas: nanq; hoc ab ineunte ętate in delitiis ia
cuit uixitq; impatiēs fragili animo atq; uolubili: ille aūt a te
neris annis agitatus & fortunę ictibus exercitus in otio nūq̄
friguit / tandem in medio ęstu rerum decorem & amplitudi
nem nācifcitur. ℂ Ad Ficulneā ꝑ hyemē nudā obsitā3 niue
& frigore nimiū pallēte3 dixit Olea uicina / non ne cōmone
feci hoc tibi incōmodu3 non defuturum: quę ꝑ ęstatem tam
luxuriosa ueste gloriabare. Disce igitur ex me parsimonia3
ℂ Volebam qd̄ apud uos diuertere inquit Papilio: sed dici
te quidnā piculi inminet / ꝙ uos uideo tremētes? Dixere ro
gata arundinum folia: tu proinde cogita ut recte nobiscum
agi posse spemus? Qn̄ qd̄ hęc qua3 colim⁹ cū uacui sēsus ē /
tum in omnē partē ad casū nutat. ℂ Vota ad Simulacrum
Neptūni posita querebātꝯ ꝙ cū esset causa ut pre aliis adiret:
tn̄ se antiqssimis amicis spretis ad noua semper uota aduenie
tia pēderet. Respondit Simulachrū. Mea uobis amicitia si te
dio ē / abite ut lubet. Vota īdignata se se ꝑcipitarūt / atq; so/
lo illisa ī frustra periere. ℂ Iaculū ī fontē ceciderat capiteq;
ī profundū uersus depēdebat. Dixere Nymphę ut mirū est
ob paruulū coronę ęreę pōdus huic pedē ta3 esse leuissimum
ℂ Decurio ex Vexillo rogarat: quid ita ageret / ut cu3 inho
ste3 iretur metu ipsū refugeret: cū aūt miles pedē retraheret /
illic hostib⁹ applauderet. Falleris īquit Vexillū: nō. n. meti
culosum aut proditor sū / sed uictorum partibus delector.
ℂ Catella delicata quę nisi decies prius olfecisset ore nihil cā
pe cōsueuerat: cu3 alii canes ossa illico oīa ut ceciderāt itercoe
pissent: fame acta atrum & siccū panem ipso ī aere dum iac
taretur excipere didicit. ℂ Scintilla ꝙ agilis atq; perlucida
esset / stellā se futuram arbitrabatur: at defecit. ℂ Nauis qua
obeliscus maximus Romā esset aduectus ꝙ audisset Carinas
Aenęę ut primum soluissent a portu / deas maris fuisse effec/
tas: ea spe in altum se se perditum proiecit. ℂ Cum Pater fa/
milias ī prato quodā asinum / agnā / caprā / porcū atq; equ3
promiscue depasci ītueret: atq; eodē ī prato geminos tauros

amatores īter se aduersis cornibus occursare: mirū īquit hoc
ut hi cōsanguinei inter se atrociter pugnant: illi diuersaruȝ
linguarū & morū tanta īter se coniunctione uiuūt. Respon
dere Fauni di. An tu nō meministi qđ in primis fertur amici
tiam inter mortales atq; inimicitiam a Coitu extare atq; ab
esca? ¶ Praxiteles cum a Veneris statua quę idecenter ītue
batur ite℞ atq; ite℞ suasionibus, cohortationibus, p̄cibus ac
deniq; cōuitiis & cōminationibus frustra petiisset, ut id ocu-
lorum uitiū emēdaret, ferro tādem id ipsuȝ tollendū cēsuit.
¶ Argentariā tabernā Coruus loquax inabitabat: eāq; ob rē
Corui illhęc taberna dicebatur: Rusticus quidā subcallidus
cum multa Coruo munuscula esculenta dedisset: petiit ex eo
pro inita amicitia, uti aliquid in filię suę dotē conferret. Ne
cessitati tuę inquit Coruus utiqȝ perlubēter obsequęrer: sed
re℞ omnium quę in taberna sunt nihil p̄ter nomen est meū.
¶ Culex cum Coclea dimicaturus q̄ pugionem suum in il-
lius durissimo torace esset expertus: q̄qȝ bina tela pręferre
illam audisset, p̄timescebat: ne ad pugnā p̄diret. At Coclea
isti⁹ boantē uocē audiēs se se castris cōtinebat. Risere Satyri.
¶ Amans sūmopere desiderabat atqȝ multis p̄cibus exposce
bat: ut aliq̄s ex ramusculis lauri q̄ postes templi ornabāt si-
bi pro corona adesset: negarunt illi se dignos esse qui mōtali
b⁹ gratificarentur: postridie uero cū ī manipulū redacti uer
rendo pauimento dehonestarentur, poenituit illiberalitatis
hesternę. ¶ Cuȝ Leonis ī insidiis post arboreȝ delitescētis
sūmā caudā Vulpes uidisset: q̄uis illū eē bouē suspicaretur:
tñ euolauit fugiēs atqȝ inquit. Malo amici irrideant leuitatē
q̄ deplorēt calamitatem. ¶ Dixerat philomela strepēti Me
rulę aut tace aut sonorū aliq̄d cane: respōdit illa. Deliras tu
qđ q̄ nihil nisi ex intima arte depromptū efferś: nanqȝ sic ui
uitur hac ętate: ut nō qui didicerint, sed q̄ didicisse uideantur
periti īprimis habeāt. ¶ Pauo moriens testamēto edito cau
dam ad conum galeę militi cuidam legauit: tantuȝ gēmaruȝ
pulli sibi non esse relictuȝ deplorabāt. Dixit pater, siq̄d mei

estis filii huiusmodi uobis nõ decerũt. ¶ Quidã a rege pic to q̄ esset regium uti munificentia petiit, ut uestẽ illã aureã qua eẽt indutus mutuo concederet. Hãc si detraxeris uestẽ iq̄t pictura iã nullus sũ. ¶ Arcus a Corda petebat ne alter alteri esset molestus: ut aut fieret lõgior: aut abrũperet̃. Hęc cõtra ex illo petebat: ut aut fieret breuior: aut ꝑfringeretur. Tãdẽ cũ utrisq̃ cõditio dura uideretur dixit Corda: Igitur tu uirib9, ego neruis ius nostrũ tuebimur. ¶ Arbos cũ per eũ annũ poma non tulisset a Villico ne se (uti instituerat) cęderet multis in futurũ annũ pollicitis munerib9 impetrauit. De hinc secũ ipsa: en inq̄t q̃ itersit nos cõsuetudinẽ libe ralitatis iniisse: ut non sine periculo maximo negare liceat. ¶ Villicus ĩ bouem cõtumacẽ iratus ego te hoc lateritio lapi de ꝑcutiam inq̄t. Bos q̄ eũ ex tellure quã mollẽ iã tũ uersabat, esse meminisset: modice lęsurũ arbitrabat̃. Deniq̃ per cussus sensit ut esset igne ꝓdurus redditus. ¶ Fucus ĩ Regẽ apum huiusmodi cõuitia disseminabat. Illę ignauus in delitiis marcescit: ego uisẽdis regionib9 & cõmẽtãdis orationib9 diẽ cõsumo: tñ illi otioso fuire malũt. Respõdere Apes: tu q̄ deẽ ꝑ egestatẽ ĩdustrius uideris: cũ in otio supinus, & in re gno ĩtemperãs sis: noster uero Rex suis cõsulẽdo mauult do mi bon9 eẽ, q̃ foris gloriosus uideri. ¶ Vulcanus Plauti po etę comici Cornui quo erat cõclusus, tu meũ splẽdorem offu scas dixit. Respõdit Cornu, te q̄d cũ a uẽtorꝶ ĩpetu & uitę pe riculo cõseruem meminisse oportet (q̄d aiunt) incõmodum sine ĩcõmodo uitari nõ posse. ¶ Cuniculus animal heus tu inquit o Lepus semꝑ ne nihil agendo & dormitando id ages ut speculari uideare? At tu inq̄t Lepus semper ne laborando nihil ages? Vterq̃ igitur inq̄t ille dũ minime otiosi uide ri cupimus nostra fruamur natura. Tibi q̄d q̄d ipse ago, & mihi tu q̄d agis, agere durissimũ esset. ¶ Scopulus q̄ mino res inter ũdas se se suꝑbũ efferebat maiorib9 ũdis aduenietib9 illico delitescebat, rogatus q̄d ita, respondit. Stultũ est nos maioribus uideri pares uelle. ¶ Piscis uehementer optabat

arborē cōscendere eoq; desiderio in arbores pictas ī fontis superficie ꝑsilibat. Illico pictę arbores dissipabātur. An non tu inqunt Arbores istoc pacto insanis: que etiā fictę arbores fugiāt? ¶ Torrēte q imbri excreuerat maxima uis lignorum uoluebat: īter quę una Arbos reliquis amplior cum ad se cōplura Arbusta ita adhesisset ut ob id & sister loco iniquo & omnem impetū excrescētis aquę sola substinere cogeretur q̄ est inqt res molesta āplitudo? Respondere Arbusta tu qd̄ q̄ aureos soles & candidissimas nobis horas cōplures tua ūbra intercepisti ferre ęquo animo debes, si turbatis rebus paululum in te conquiescimus. ¶ Bos in nauim onerariam cornibus sursum trahebatur. Hic (dum pedibus solum ꝓmeret) uota faciebat, ut funis quo esset alligatus abrumperetur: cum aūt idē aere pēderet uota faciebat ne abrumperetur. En inqt Funis ut hic ex suo commodo nos & ualere & periisse optat ¶ Puer testudinē īterimere cupiebat: atq; pariete illam collidebat. Inquit Vetula quędam fili (si uoles) palea occidetur: nam ut hinc se se dimouerit, tu palea eius oculos cędito, illa delitescet: eo pacto fame peribit. Tuum istoc o uetula sit officium inquit puer. ¶ Lutum fetens optarat & magnitudinem colossi & formam Bacchi & pleraq; huiusmodi omnia quę ab homine impetrarat: nusq tn̄ fuit ī pretio. Nimirum igitur inquit nobis sordes abiiciendę sunt. ¶ Lacus cū nubes a mōtibus in aera surgerēt atq; ī caput inminerēt, ꝙ illas esse mōtes crederet, maximo ne in se corruerēt metu expalluerat. Deniq; cū in aquam uersę nubes pluissent: atq; idcirco lacus excreuisset: dixit Lacus & q̄ eram stultus, dum tam maxime qd̄ profuturum mihi esset, pertimui. ¶ Faber, Fossor cloacarum, atq; Magister pistrini extrāsuerso fori īter nobiles deambulando irridebātur: tū istorū unus inqt, & qd est ꝙ omnes ridentent? Respōdit Faber qa tictus es. At. n. inquit Fossor tincti omnes sumus: nēpe id quidē ē (ut ais) tum dixit Magister pistrini: sed tu & tinctus es & uehementer fętes. ¶ Minerue statuę ī arduo mōte positę cum imbecillis quidam qui non ca-

tato (ut cęteri) sed moderato gradu cōscēdisset, pedem neq̄ hanelās neq; desudās esset exosculatus: a sacerdotibus lauda tus ē: ferūtq̄ deā dixisse plures ad se claudos & debiles q̄ ua lētes aduisse nō fessos. ¶ Epistolā q̄ mrcā expectatissima at tulerat q̄ quodā ī loco sui esset oblitterata, q̄ ea; recepat ira ob id cōcitus dilaceravit. O īquit Epistola hoīu; natura; p uersā, siqđ ita p uno errato multā poena; desūmere & pro multis acceptis benefitiis gratias nullas agere consueuerunt. ¶ Priapo custodi orti donū petēti respondit Pater familias: admiror q̄dē te iis quę suppeditāt diuitiis sciuisse nūq̄ p̄fui. At. n. iq̄t Priapus uestes & lacernas uolebā. An tu īquit Pr̄ familias ignoras ut stulti sint q̄ dando nihil assequantur nisi ut cū sibi dispēdiū fiat, tu; accipiēti quoq; emolumētu; af ferāt nullū? ¶ Cu; Leoni cuidā aditū ī coelū patuisse Leo q̄dā ītellexisset: cupiditate glorię flagrās difficillima omnia ita exequebat̄, ut leonib⁹ oīb⁹ facile p̄staret. Et. n. q̄d insa nis īquit Inuidia? Qui. n. huic generi animātiū locus debea tur ia; pridē merēti cōsignatus est. Respōdit Leo. Sat nobis erit ꝑ meruisse. ¶ Grillus, Rana & huiusmōi animātia q̄ aut saltitāt, aut cōsidēt atq; humo iacent, serpētē minime esse ad motū aptū arbitrabātur: at dū illū uelocissime ī ardua re pere uidissēt admirātes agilitatē, proh di dixere: ita ne alioꝝ mores studia atq; īgeniū ex nostro sēsu & uiribus pēsitam⁹? ¶ Pullus asellus cū ī dies una cū ętate florescēte tardiō & mo rosior fieret, quāta de spe iq̄t illius pater decidi: nāq; hic cu; puer esset & lōge puero Leone uillosior, pectorosior, atq; ad cursū aptior uideret̄: fore illū omniū quadrupedū prīci pe; speraui. Tu; ne mirere o pater īq̄t Asellus: nā hoc gn̄ri nr̄o ātiquū eē aiūt: ut pulli quidē bonę spei, firmiores autē facti q̄drupedū omniū simus īeptissimi. ¶ Rogatus Leo q̄d ita uehemēter pallio in se cōiecto p̄terrefieret: respondit. Et quis mōstrū hoc cui neq; caput adsit, neq; pectus in ęthera sublatū ītuēs nō horrescat. ¶ Leo illę celeberrimus amicus hōis a fuo illo hospite suo Romę ꝑtabernas ductus loro ro

gātibus quid ita ageret, ut cū ī arena pegaseos cursu, saltu pardos, uirib⁹ tauros, humanitate hoīes exuparet, cunq3 iter leones fōma & dignitate esset nulli secūdus, Idē tn̄ se lo ro ductari & canes latrātes post se īsanire pateret, respōdit eiusdē eē animi & ꝓdesse amicis & latratores despicer. ¶ Lepus illę apud Martialē poetā celeberrim⁹ qui ī os leonis cō fugerat respectās a lōge latrātes canes eos qui se acrius essent ꝓsecuti. En inqt quāti ē nos huic cōmēdatos fore. ¶ Theatrū ñ mediocri admiratione detinebat, Leonē spectādo q̄ modo discū ī altū pq̄belle iactar, modo īmanē orbē marmoreu3 maximis uirib⁹ uoluere, modo ouo lepidissime ludere ꝑdoctus eēt. Et q̄ dnā īquit Inuid⁹, leuia hęc sūt: ac uidēt q̄d diuersa: sed ea unū sunt: nā illoꝝ q̄dq3 uolubile q̄ppiam est. Respōdit Leo. Fateor o rex peritissime istuc eē ut asseris: sed te id nolo fugiat: ouū eē hoc fragile q̄d uoluo mi homo non pilā. ¶ In pauonē Inuidus o inepte dixerat, tu ne tibi corona3 īposuisti? Respōdit Pauo: ꝙ torquē tam uariis coloribus susceperim non dum etiam ꝑpendisti. Risere Nymphę.

Finis Errata in uolumine.

a.z.uersu.xxviiii.a natura dotibus largiris scribe. largitis.
Itē.v̄.xxxxi. euenerit nonnnq̄.scri.nōnunq̄.Itē.v̄.lxvi.legerit poteri arbitrari scri.poterit
a.v.v̄.liiii.quo pacto de litteratis scri.de litteris
a.vi.v̄.xi.a qua ut uita studiosoꝝ scri. a quaue
b.i.v̄.xi.quamobrem possint cum laide scri.laude
b.3.v̄.xxviii.inaudita incognita uersura scri.uersuta
c.z.v̄.lviii.utiles didicisse litras.scri.litteras
c.3.v̄.vii na3 nemo igniorat scri.ignorat.Ite3.v̄.xxx.dicere feodū scri.foedu3. Itē.v̄.xxxvi.aut belli superati.scri.bello
c.vi.v̄.lx.conspicium uideri.scri.conspicuum
d.z.v̄.xxxxix cupiditatibus suspeditas.scri suppeditas
d.vi.v̄.xxxxvi. uim ut strangematis scribe stratagematis.
Item.v̄.lxi.ab dictis & naturę scri.abditis
d.viii.v̄.xxxxviii.amoris obsequi scri. obsequii
e.vi.v̄.xxi.boru mq3 consensum scri.bonorumq3

¶ Antonius Sabinus Imolensis
in laudem authoris

Qui longum Leo conditus latebat:
Tandem prosilit, emicat, uagatur:
Et grato patet ore subleuatus.
Non uinclis retinetur, aut cathenis
Diris. Ecce uenit, uidete cuncti:
Vt non horridus & timendus ulli:
Sed mitis, placidus, pius, benignus.
Non mordet, rapit ungulis ue quemq̃:
Sed tangi cupit hinc, & inde lętus
Gestit, annuit, aduocat tenentes.
Qualem coelicolę dedere mundo:
Cuius aurea pellis est notata
Stellis & radiantibus lapillis:
Talem cuncta Hieronymus per ora
Produxit, nitida manu poliuit
Cuius nectar ab ore, mella, nardus
Ceu magni fluit amnis unda uerna:
Et si quis maculis minus nitebat:
Longo carcere quo diu latebat:
Abstersit solita uigente lima:
Doctis omnibus ut placere possit:
Et dicant simul hic coli meretur.
Quare si quis erat prius retentus
Formoso cane, siue equo feroci
Isthęc destituat, uelit Leonem
Quo maiore tenebitur lepore
Qui cum gaudia mille consequetur.

I parte (cc 101)